





2
6
131






Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 2.6.131





Institutio Principis Christiani salvberrimis referta praeceptis, per Erasmvm Roterodamvm, cvm aliis nonnvllis eodem pertinentibvs, qvorvm catalogvm in proxima reperies pagella.



Louanii apud Theodoricum Martinum Alustensem

THEODORICVS MARTINVS TYPOGRAPHVS LECTORI. S. D.

En optime lector Officina nostra semper vtilitati publicæ sudans, tradit hæc.

Præfationem non minus salutarem q̃ eruditam Erasmi Roterodami.

Præcepta Isocratis de regno administrando ad Nicoclem regem, eodem interprete.

Institutionem boni & Christiani Principis, sanctissimis refertam præceptis, ad illustrissimum Principem Carolum, Cæsaris Maximiliani nepotem, nunc primum excusam, ex optimis scriptoribus compositam: Erasmo authore.

Panegyricum gratulatorium de fœlici ex Hispania reditu ad illustrissimum Principem Philippum Maximiliani filium: eodem authore.

Libellum Plutarchi de discrimine adulatoris & amici: ad Serenissimum Henricum eius nominis octauum Angliæ regem, cum aliis nonnullis. Bene Vale lector ac fuere.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI CAROLO invictissimi Cæsaris Maximiliani nepoti, des. Erasmus Roterodamus S. D.

C Vm per se res eximia quædam est sapientia. Carole Principum amplissime, tum vero nullum sapientiæ genus excellentius existimat Aristoteles, q̄ quæ doceat salutarem agere prīcipem, vt optimo iure Xenophon ī libro, quem inscripsit œconomicon, arbitretur esse quiddam homine maius, plane diuinum, imperare liberis ac volentibus. Hæc nimirū est illa Principibus expetenda sapientia, quam vnam cæteris rebus contemptis, optauit cordatissimus adolescens Solomon, quamq; iugiter regio throno voluit assistere. Hæc est illa castissima simul & pulcherrima Sunamitis, cuius vnius complexibus vnice delectatus est Dauid, sapientissimi filii sapiētissimus pater. Hæc est, quæ loqtur ī prouerbiis, per me Principes imperāt, & potētes decernūt iusticiā. Hanc quoties ī cōsiliū abhibēt reges, exclusis pessimis illis cōsultoribus, ambitione, ira, cupiditate, & adulatiōe, iā rebus omnibus florens respublica, Principis sui sapientiæ fœlicitatem suam acceptam ferens merito sibi gratulatur. Venerunt, inquiens, mihi omnia bona pariter cum illa. Proinde Plato non alia in re diligentior est, q̄ in instituendis Reip. suæ custodibus, quos non opibus, non gemmis, non cultu, non imaginibus, non satellitio, sed sola sapientia cæteros vult antecellere, negans vnq̄ beatas fore respublicas, nisi aut philosophi gubernaculis admoueantur, aut ii quibus forte contigit administratio, philosophiam amplectātur, philosophiam inq̄, non istam quæ de principiis, de prima materia, de motu aut infinito disputat, sed quæ falsis vulgi opinionibus, ac viciosis affectibus animum liberans ad æterni numinis exemplar recte gubernandi rationem commonstrat. Tale quiddam sensit opinor & Ho-

merus, cum Mercurius Vlyssem aduersus Circes veneficia
moly herba præmunit. Nec sine causa Plutarchus, neminē
existimat de republica melius mereri, q̄ qui Principis ani-
mum omnibus consulturum optimis ac Principe dignis
ratiōibus imbuerit. E diuerso neminem æque grauem per
niciem adferre rebus mortalium, atq; eum qui Principis pe
ctus, prauis opinionibus, aut cupiditatib9 corruperit, haud
secus q̄ si quis fontem publicum, vnde hauriāt vniuersi, le
talibus venenis infecerit. Idem haud abs re taxat celebra-
tissimum illud Alexandri magni dictum: qui cum a collo
quio quod habuerat cum Diogene Cynico digressus ad-
miraretur animum illum philosophicum excelsum, infra-
ctum, inuictum, & omnibus humanis rebus superiorem,
Ni Alexander inquit essem, Diogenes esse cupiam. Imo
quo pluribus rerum procellis obnoxia est ingēs ditio: hoc
magis illi fuerat optandus Diogenis animus, qui tantis re
rum molibus par esse posset. Sed q̄ Alexādrum fœlicitate
superas: Carole Princeps inclyte tam speramus futurum:
vt anteeas & sapientia. Nam ille quidem ingens imperium
occuparat: nec citra sanguinem, nec admodum duraturū.
Tu pulcherrimo natus imperio, maiori destinatus, vt q̄ illi
sudaudum erat vt inuaderet, tam tibi forte laborandum
erit, vt aliquam ditionis partem vltro cedas, potius q̄ occu
pes. Superis debes quod incruentum, & nullius malo em-
ptum contigit imperium: iam tuæ sapientiæ partes erunt
incruētum item ac tranquillum tueri. Et est ea naturæ tuæ
bonitas, ea mentis integritas, ea vis ingenii, ea sub incorru
ptissimis præceptoribus fuit institutio, deniq; tot vndiq;
te maiorum tuorum circunstant exempla, vt omnibus cer
tissima spes sit. Carolum aliquando præstaturum, quod a
patre tuo Philippo dudum expectabat orbis. Neq; fefellis
set expectationem publicam, ni mors illum ante diem ter-
ris eripuisset. Itaq; cum non ignorarem tuæ celsitudini ni-
hil opus esse cuiusq̄ monitis, nedum meis, tamen visum est

optimi principis simulacrum in commune proponere, sed tuo sub nomine: vt qui magnis imperiis educantur, per te rationem accipiant administrandi, abs te exemplum: quo simul & tuis auspiciis hæc vtilitas ad omnes permanaret: & nos iam tui, his ceu primitiis animi in te nostri studium vtcunq; testificaremur. Isocratis de regno administrando præcepta, latinitate donauimus. Ad cuius æmulationem adiecimus nostra, velut aphorismis absoluta, quo minus esset tedii legentibus: sed tamen ab illius decretis haud parum dissidētia. Siquidem ille sophista regulum nescio quē seu tyrannum potius instituit: ethnicus ethnicum, ego theologus inclytum & integerrimum Principem, ad hæc, christianus christianum. Quæ si mihi scriberentur ad prouectioris ætatis Principem poteram fortasse nonnullis in suspitionem venire, vel adulationis vel procacitatis. Nunc cū hic libellus dicatus sit ei, qui tametsi summam de se spem præbeat, tamen vt admodum adolescens, & nuper inauguratus imperio, ne potuerit quidem admodum multa gerere, quæ solent in aliis Principibus, aut laudari, aut repræhendi, liber nimirum vtraq; suspitione. non possum aliud quæsisse videri. q̄ publicam vtilitatem: quam vt regibus: ita & regum amicis ac famulis oportet vnicum esse scopū. Inter innumera decora: quæ tibi deo præside tua parabit virtus: erit & hæc nonnulla pars laudum tuarum: talem fuisse Carolum: vt nō veritus sit aliquis illi citra vllam assentationem: integri veriq; Christiani Prīcipis simulachrum ostendere: quod vel libenter agnosceret: optimus Princeps: vel sapienter imitaret̄ adolescens semper seipso melior euadere cupiens

B E N E V A L E

ISOCRATES AD NICOCLEM REGEM de institutiōe principis Erasmo Roterodamo interprete

CAeteri quidem Nicocles, qui regibus soliti sunt adducere, vel vestes, vel æs, vel aurum factum, vel aliud eiusmodi rerum quippiam, quarum vt ipsos habet inopia, ita vobis exuberat copia, mihi plane videntur manifestam exercere negociationem, non dare munus, eademq; longe callidius vendere, q̄ illi qui quæstum huiusmodi profitentur. Ego vero munus hoc pulcherrimum simul & vtilissimum fore iudicarim, quodq; maxime deceat, tum me donare, tum te accipere, si tibi rationē queam præscribere, quibus rebus expetendis, rursum quibus fugiendis, optime ciuitatem pariter & regnum administrare possis. Nam cum alia permulta sunt, quæ priuatos homines reddant emendatiores, tum in primis illa, primum quod non affluāt deliciis, sed pro quotidiano victu solliciti esse cogantur. Deinde leges quarum præscripto omnes illi gubernantur. Præterea autem admonendi libertas: quodq; liceat & amicis inuicem increpare, & inimicis ī sectari mutuo, si quid peccatum fuerit. Ad hæc poetæ quoq; nonnulli prisci, viuendi præcepta literis prodiderunt, vt cōsentaneum sit his omnibus rebus eos reddi meliores. At regibus nihil harum rerum suppetit. Imo quos magis q̄ cæteros oportebat admoneri, posteaq̄ imperium adepti sunt, ii semper admonitore carent, propterea quod & mortalium plæriq; non adeunt ad illos, & qui cum illis habent consuetudinem, ad gratiam confabulantur. Siquidem nacti & opum plurimarum possessionem, & rerum maximarum administrationem, dum his occasionibus haud recte vtuntur, effecerunt: vt complures ambigant, vtra vita magis sit eligenda, eorum ne qui priuatam quidem sed placidam & humanam agūt vitam, an regum. Nam quoties ad honores, ad opes, ad potentiam illorum respexerint diis

Vtra vita felicior.

pares existimant, quicunque regno potiuntur. Rursus ubi secum perpenderint metus ac pericula, singulisque conside ratis deprehenderint alios extinctos ab iis, a quibus minime conueniebat, alios in familiarissimos maximeque domesticos peccare compulsos, nonnullos esse quibus horum utrunque euenerit, tum cōtra satius esse iudicant, quodcūque vitæ genus amplecti, q̄ cum eiusmodi malis vel vniuersæ Asiæ imperium tenere. Porro commutatiōes huiusmodi fortunæ rerumque tumultus hinc proficiscitur, quod vti sacerdotium ita regnum quoque cuiuslibet hominis esse credunt, cum res sit vna rerum omnium humanarum maxima quæque summam desyderet prudētiam. Itaque consulere quibus rationibus possis in singulis negociis recte administrandis officio fungi, vt & bona conserues & mala euites, eorum munus est, qui tecum perpetuam habent consuetudinem. In genere vero, & quæ vitæ studia spectare conueniat, & in quibus exerceri, ipse conabor explicare. Iam quidem an munus hoc, cum absolutum fuerit, argumēto suo respōdeat, haud facile fuerit statim initio cognoscere, propterea quod pmulta tum carmine, tum prosa oratione cōscripta, donec adhuc ī cognitione & animo componentiū versarentur, magnam sui præbuerunt expectationem. Cæterum eadem absoluta iam & aliis ostēsa, opinionem multo spe inferiorem consecuta sunt. Quanq̄ hic sane conatus laudi dandus fuerit, si quæ ab aliis omissa sunt peruestigemus. & imperii gerendi rationem præscribamus. Siquidē hi qui priuatos instituunt, ipsis tantum prosunt. Verum si quis eos qui multitudini imperant, ad virtutem adhortetur, hic nimirum vtrisque profuerit tum iis qui gerunt imperium: tum iis qui parent imperio, dum pariter & his regnū stabilius & illis gubernationem mitiorem reddit. Primo itaque loco spectandum est, quod sit proprium Principum munus. Etenim si caput & totius negocii vim recte constituerimus, huc respicientes melius de cæteris quoque partib9

Incōmoda regni.

Unde regnoꝝ cōmutatiōes

Officium Pricipis

Principū institutio vtilissima.

Præcipuū principis munus, q̄d

differem9. Iam illud nemo inficias ibit opinor, regum esse parteis, vt & reip. malis finem imponant, & fœlicitatem tueantur, & ex pusilla magnam reddant, quandoquidem & cætera, quæ in cotidianis incidunt negotiis, horum gratia sunt agenda. Quin illud quoq; in confesso est, quod qui hæc præstare valeant, deq; hisce rebus sint consulturi, non oporteat esse socordes, sed huc eniti, vt cæteris antecellant prudentia. Demõstratum est enim eiusmodi illos habituros imperium, cuiusmodi rationibus ipsi præpararint animum suum. Proinde nullis athletis sic conuenit exercere corpus, vt regibus animum. Siquidem quæ vel in omnib9 ludis publicis proponuntur præmia, nulla parte conferri possunt, cum his quæ vobis cotidie sunt proposita. Hæc itaq; reputantem adniti decet, vt quantum cæteros antecellas honoribus, tantundem & virtutibus eos præcedas. Neq; vero putes in reliquis quidem rebus curam ac diligentiam conducere, id autem vt meliores reddamur, nihil habere momenti, nec tantæ infœlicitatis condemnes mortaleis, vt artes excogitauerimus, quibus ferarum ingenium cicuremus, mitiusq; ac melius reddamus, nobisipsis ad virtutẽ parandã nihil prodesse queamus. Cõtra magis ita sentiens institutionem simul & curã, aĩm adiutare posse. Et eoꝝ qui tecum viuunt prudentissimis temet adiunge, & alios quoscunq; vales accerse. Nec vllius poetæ celebris aut sophistæ, puta te rudem esse oportere, sed illorum quidem auscultatorem te prebe, horũ vero discipulum. Ita temetipsum cõpares vt & inferiorum sis iudex, & superiorum æmul9. Nã id genus exercitamentis celerrime talis euades, quales statuimus esse debere eos, qui recte gesturi sint imperium, q; rempublicam, sicut oportet sint gubernaturi. In primis autem ipse temetipsum in consilium adhibeto, siquidẽ absurdum existimas deteriores imperare præstantioribus, & stultiores præire prudentioribus. Nam quo vehementius cæterorum amentiam contempseris, hoc diligentius tuam

Prĩcipis aĩc ellere sapientia.

Exercitatio honesti plurimũ valet.

Princeps per se sapiens.

ipsius mentem excoles. Ergo hinc quidem incipiant opor/tet, qui munus aliquod cum laude gesturi sint. Super hæc autẽ & ciuiũ & ciuitatis amãtem oportet esse principem. Neq; enĩ eqs neq; canib⁹, neq; viris neq; vlli deniq; rei quis/quam recte possit imperare: nisi gaudeat ac delectetur iis: quorum curam agere debet. Curæ sit tibi multitudo: & il/lud super omnia spectes: vt ita imperes: vt gratus & char⁹ sis tuis: haud ignorans & inter oligarchias: id est respubli-cas in quibus penes paucos est rerum potestas: vt inter ali-asr espublicas: eas maxime diurturnas esse: in quibus ma-xime habetur ratio multitudinis. Porro hanc ita recte mo deraberis: si nec sines: vt quis faciat iniuriam alicui: nec pa tieris iniuria affici quemq̃: verum illud agas, vt optimis quidem honores tribuantur & præmia. cæteri vero nul-la in re per iniuriam lædantur. Nam hæc prima maxima-q; recte administrandæ reipublice sunt elemẽta. Si quæ le-ges erunt aut consuetudines ciuitatis parum recte: eas tol-le ac muta. Atq; in primis da operam: vt eas q̃ optimas ex cogites. Quod si minus poteris: quæ apud alios bene con stituta sunt imitare. In vniuersum leges conquire: que & iustæ sint: & reipublicæ conducibiles: & inter se consenti-entes. Deinde quæ & lites q̃ paucissimas pariant: & exor-tas q̃ potest ocyssime finiant. Siquidem has res omneis ha-beant oportet: bene conditæ leges. Fac vt earum obserua-tio lucro sit ciuibus: forensis autem tractatio dãnosa: quo nimirum hanc fugiant: ad illam sint promptiores. In con-trouersiis ciuium inter se dissidentium: ita iudicis officio fungere: vt nec ad gratiam alicuius: nec secum pugnantes feras sententias: verum semper de causis iisdem: eadem itẽ pronuncies. Nam & decet pariter & expedit: vt leges bene cõditas: ita regum quoq; de iure sentẽtiam certã & immu-tabilem esse. Ciuitatem tanq̃ paternam domum guberna-to: ĩ apparatu quidẽ splẽdid⁹: ac regalis: cæterũ in muniis obeũdis accurratus ac diligẽs, quo pariter & laudẽ cõsequa

Princeps patrie stu/diosus.

Que res stabile fa-ciant im-perium.

De corri-gendis & administran dis legib⁹

De iudiciis

Magnifi/centia pri cipis.

De religio ne.

Quibus maxime sit habendus honos.

Luxus ciuium coercendus.

Fides in principe.

Erga hospites qualem esse oporteat.

Beneuolentia erga principē

ris & facultates suppeditent. Magnificentiam ostentes, nō in vllis hisce sumptibus, qui protinus euanescūt, sed cum ī his quæ iam ante diximus, tum in possessionum pulchritudine, & in amicos beneficentia, propterea quod huiusmodi sumpt9, non solum tibi manet, verum etiam posteris tuis vtilitatem relinquent, iis quæ insumpsisti potiorem. In his quæ ad deorum cultum pertinent ita facito, quemadmodum est a maioribus præscriptum. Existimes autē nullum sacrificium pulchrius, nullum esse cultum maiorem: q̄ si teipsum virum optimum iustissimumq; præstiteris. Si quidem sperandum est homines eiusmodi citi9 a diis boni quippiam impetraturos, q̄ istos qui multas mactant victimas. Primos honores tribue coniunctissimis, verissimis, amicissimis. Eam putato tutissimam corporis tui custodiam, si & amicos habueris virtute præditos, & ciues tibi bn̄volentes, & si ipse prudentia polleas: nam hisce potissimū rebus, & parare & tueri regnū possis. Priuatoꝝ domos, curato existimans, & eos qui sua profundūt de tuo depēdere: & qui industria rem augent tuis addere facultatibus. quicquid enī possident, qui ciuitatem incolūt, id proprium est bene fungentium principatu. Adeo per omnem vitam appareas obseruans & amans veri, vt tuis dictis citius habeatur fides, q̄ cæterorum iuriiurando. Cunctis quidem hospitibus tutam prebeto ciuitatem & in contractibus legum obseruantem, cæterum ex his qui in eam perueniunt plurimi facito, non eos qui tibi munera adducunt, sed qui abs te cupiunt accipere. Etenim si hos in precio habueris, plus laudis apud cæteros consequeris. Adimito metum ciuib9, neq; velis admodum formidabilis esse, iis qui nihil peccant Nam vtcūq; reddideris alios affectos in te, ita & tu in illos eris affectus. Ne quid omnino feceris per iracundiam. Videaris id facere, quoties ita postulabit tempus. Hacten9 seuerus appareas, vt nihil te lateat eorum quæ fiunt, mitis autem: vt pœnas irroges commissis minores. Ita principis di-

gnitatem ostendere studeas, non sæuitia & atrociter puniendo: sed hoc agēs, vt omnes ingenio tuo superentur: & te rectius q̄ ipsi possint suæ saluti consulere putent. Esto bellicosus rei militaris scientia, ac belli apparatu: pacificus autem nihil præter ius & equum vsurpando. Sic cum inferioribus ciuitatibus commertium agito: vt superiores tecum agere velles. Certa nō de rebus quibuslibet: sed de his dūtaxat, quæ tibi si viceris emolumētum sint allaturæ. Viles & ignauos existimato, non eos qui suo bono superantur: sed eos qui suo malo superant: magnanimos existima, non eos qui maiora complectuntur, q̄ tueri queant: verum qui moderata quidē concupiscunt: sed quod conātur possunt efficere. Fœlices & imitandos puta, non hos qui imperium parauerunt amplissimum: sed eos qui quod contigit, q̄ optime gesserunt. Existima te perfectam fœlicitatem assecuturum, non si cunctis mortalibus cum terrore periculoq; imperes: verum si teipsum talē præbueris virum qualē oportet, atq; ita agens, vt res præsentes postulant, moderata cōcupiscas, nec horū quicq̄ tibi desit. Amicos facito nō quoslibet id ambiētes: sed qui tua digni sint indole. Nec eos cū quibus iucundissime sis victurus: sed quibus adiutantib⁹ q̄ optime rēpub. gubernaturus. Diligentissim⁹ esto in explorandis iis, quos in familiaritatem allegis tuam, memor futurū, vt omnes qui tecū non habent consuetudinē, te similē arbitrentur iis, quorum vteris familiaritate. Negociis quæ per te non geruntur viros eiusmodi præfice tanq̄ omniū, que illi cōmiserint culpa tibi sit imputanda. Fidos existima, non qui quicquid dixeris fecerisue laudant, sed qui errantē increpāt. Permitte prudentibus libere loquendi facultatem, vti si quid extiterit de quo ambigas, habeas cum quibus rem expēdere possis. Qui tibi arte adulātur discerne, ab iis, qui te cum beneuolentia colūt. ne potior sit malorū q̄ bonorꝫ conditio. Ausculta quæ loquuntur, alius vicissim de alio, dans operam vt noris & qui sint qui loquun

Seueritas principis.

Bellum. Pax.

Pro quibus certādum.

Uera magnanimitas.

Uera felicitas.

Qui i amicitiam allegendi.

Quibus officia mādanda.

Ueri principis amici.

Non temere credendum delationibus.

Calumnia tur: & de quibus loquantur. Pari pœna afficito: & qui mendacio calumniantur aliquem: & qui facinus admittunt. Tibi ipsi non minus atq; aliis imperato: idq; maxime rege dignum esse ducito: si nulli seruieris voluptati: sed cupiditatibus tuis magis q̄ ciuibus domineris. Nullā vitæ consuetudinem temere neq; citra delectū admittas: sed huiusmodi exercitiis consuesce delectari: e quibus tum ipse profecturus sis: tum aliis melior esse videaris. Ne quid his rebus efferri videaris quas & mali præstare possint, sed virtutis nomine tibi placeas: in qua nihil tibi commune sit cum improbis. Honores verissimos puta: non qui metu deferuntur in propatulo: sed quoties ipsi apud sese animum tuum magis q̄ fortunā suspiciunt: si qua re parum honesta te cōtinget delectari: fac clam id facias. Quoties autem in maximis versaberis negociis: tum populū testem admitte. Ne postules vt cæteri quidem composite viuant: reges autem incomposite. Quin magis tuam temperātiam: aliis exēplū facito: gnarus totius ciuitatis mores, Principis imitari vitam. Hoc argumento cognosces te recte imperare: si eos q̄bus imperas videris tua cura reddi: simul & opulentiores & temperantiores. Magis enitere vt honestam famam liberis tuis relinquas: q̄ ingentes opes. Quippe mortales sunt hæ: illa immortalis: & per famam pecunia parari potest, fama vero numis emi non potest. Ad hæc pecunia contigit & malis: famam nemo parare potest nisi qui virtute cæteris antecellat. In vestimentis & corporis ornamentis: delicias ostende: in cæteris autem vitæ muniis: temperās esto: sicuti regem decet: vt & qui te conspiciunt: ex apparatus aspectu: dignum imperio iudicent: & qui tecum viuunt: admirantes animi vim: eandem quam illi de te habeant opinionem. Consydera semper quid vel dicas vel facias: vt in errata q̄ minima incidas. Potissimum quidem est: ipsum rerum punctum attingere. Cæterum quoniam id perdifficile cognitu: malis citra illud subsistere q̄ præterire. Magis

Studia principe digna.

Veri honores.

Vita principis.

Opinio d principe.

Sophistica preceptio.

enim ad mediocritatē facit: quod diminutum est: q̄ quod redundat. Simul & vrbanus esse stude, & grauis. Propterea quod hoc quidem regem decet: illud autem ad vitæ cōsuetudinem est accommodum. Quanq̄ id est omnium difficillimum. Reperies enim plærumq; fieri: vt qui graues videri affectant frigidi sint: & rursum qui student vrbani esse: humiles videantur & abiecti. Proinde vtrisq; his rebus sic vtendū est: vt quod mali vtriq; adiūctum est: euites. Quicquid eorum que regem scire cōuenit: voles cognoscere: id partim vsu, partim philosophia consequere. Nam philosophiæ studium viam ac rationem ostendet tibi: negociorū autē exercitatio præstabit: vt in obeundis rebus possis versari. Obserua & quid faciāt priuati: quid reges: & quis vniuscuiusq; rei euentus. Nam si præteritorum memor eris: rectius de futuris statues. Absurdum esse puta inter priuatos esse, qui mortem oppetere non recusent: quo defuncti laudentur: reges autem non hoc esse animo: vt his in negociis versentur: ex quibus viuentes honestam consequantur opinionem. Imagines tuas ita stude relinquere: vt virtutis tuæ magis q̄ corporis sint monumenta. Enitere quidem in primis: vt in tuto sit & tua & ciuitatis incolumitas. Cæterū si te in discrimen traxerit necessitas: potius apud te sit cum laude mori: q̄ cum dedecore viuere. In omnibus factis tuis imperii ratiōem habe, daq; operam: ne quid indignum isto honore admittas. Ne commiseris, vt totus intereas: verum quando corpus morale sortitus es, animam immortalem: immortale animi monimentum studeto relinquere. Curæ tibi sit de rebus honestis loqui: vt assuefactus eadem & sentias quæ dixeris. Quæ tibi consultante visa sunt optima: ea re perficito. quorum æmularis gloriam, horum imiteris & facta Quæ liberis tuis cōsuleres, ea velis ipse sequi. Aut vtere quæ a nobis dicta sunt aut quæ his meliora. Sapientes existima: non istos qui de rebus minutis exacte contendunt: sed qui de maximis recte disserunt. Neq; hos qui foe-

Seueritas cōdita clementia.

Usus cum prudentia coniunct⁹

Ex euentu prudentia.

Uera regum gloria.

Honestum vite anteponendum.

Executio boni consilij.

In magnis sapiendum non i minutis.

licitatẽ pollicentur aliis: cum ipsi multarum inopia rerum vrgeãtur: sed qui moleste de seipsis verba facientes & in rebus gerendis, & cum hominibus versari possunt: neq; vitæ commutatione perturbantur: verum aduersam iuxta ac secũdam fortunam ferre norunt. Neq; mirum tibi sit, si in his quæ dicta sunt a nobis pmulta sũt, quæ te quoq; nõ fugiebant: quãdoquidem ne me quidẽ ea res latebat. Imo sciebam, cum tanta sit priuato℞ hoĩm ac principum multitudo nnõnullos esse q hæc dixissent: nõnullos q audissent: nõnullos q alios eadẽ faciẽtes cõspexissent. Rursum alios, q nõnulla huius generis exerceãt ipsi. At enĩ ĩ verbis quæ ad vitã instituendã pertinẽt: nõ oportet spectare nouitatẽ qb⁹ neq; nouũ aliqd, neq; incredibile, neq; quod abhorreat a hoĩm opinione: licet inuenire: verũ hũc elegantissimum esse iudicato quisquis eorum quæ dispersa sunt, in aliorũ cogitatione q̃ maximam vim coaceruare potuerit, deq; his q̃ optime dicere. Nam & illud sciebam, tum poemata: tum oratione libera conscriptos libros, vtilissimos quidem ab omnibus existimari eos, qui viuendi tradunt præcepta, at qui non eosdem audiunt libentissime, atq; idem illis accidit in his, quod erga admonẽtes solet, quos ita laudãt oẽs, vt tamen nolint illis accedere, præoptant autem cum iis q peccãt habere cõmercium, q̃ cum iis qui a peccãdo deterrẽt Id ita esse, Hesiodi Theognidis: & Phocylidis poesis fuerit argumento. Siquidem hos nemo non fatetur ad mortaliũ vitam instituendam, optimum dedisse consiliũ. Cæterum hæc cum dicant, malunt tamen ea sequi quæ ipso℞ suadet amentia, q̃ quæ illo℞ monita. Adde quod etiã si quis e poetis eximiis excerperet, quas vocant sententias, in quibus illi potissimum elaborarunt, non aliter & erga has essent affecti. Libentius enim audirent abiectissimam comœdiã q̃ p̃cepta tanto artificio conscripta. Et quid attinet recẽsendis singulis immorari? In summa, si mortalium ingenia consyderare volumus, nimirum comperiemus maximam horũ

Peroratio sophistica.

partem,neq; cibis gaudere saluberrimis,neq; studiis hone stissimis,nec actionibus optimis,nec disciplinis vtilissimis sed modis omnibus cum vtilitate pugnantes sequi voluptates,eosq; pro temperatis & industriis haberi, qui nihil earum rerum agunt,quæ ad recte viuendum requiruntur Proinde qui possis huiusmodi probari mortalibus,vel admonens vel docens,vel de re quapiam conducibili verba faciens,qui,si quid dixeris,vt inuident recte sentientibus, ita simplices arbitrantur eos quibus nihil est ingenii. Porro rerum veritatem vsq; adeo fugiunt,vt ne suas quidem ipsorum res nouerint. Quin magis molestum est de propriis cogitare,iucundũ de alienis dissesere.hoc autem sunt animo,vt malint corpore male affecto esse,q̃ mente laborẽ hunc capere,vt de re quapiam vtili consyderent.Cæterum in mutua quidem vitæ inter ipsos consuetudine depræhẽdas eos,aut male dicentes,aut male audientes.Rursus quoties soli sunt,reperies eos non consultantes,sed optantes. Atq; hæc sane dicta sunt:non aduersus omneis,sed eos dũtaxat,qui iis quæ diximus viciis sunt obnoxii.Illud igitur perspicuum est ei qui studeat,vel facere q̃ppiã,vel scribere quod vulgo placeat,nõ vtilissimos: sed saluberrimos sermones esse q̃uerẽdos:ꝓpterea quod his q̃dẽ audiẽdis delectãtur:cæterũ cũ ipsos labores & certamina spectãt: molestia afficiũtur.Quas ob res admirãdis est Homer9: nec nõ primi illi tragœdiæ repertores.q ꝑspecta penit9 hoĩm natura: vtraq; formula ad poematis argumentũ sunt abusi. Vt enĩ ille certamina præliaq; semideũ expressit fabulis: ita hi fabulas ad certamina vitæq; actiões deduxerũt:vt ea nõ iam audiamus solũ:verũ etiã spectemus. Itaq; propositis id genus exẽplis ostẽsum est iis qui studerẽt auditorem delectare:ab admonẽdo cõsulendo q; abstinẽdũ esse.Cæterum ea tum facienda: tum dicẽda q̃bus perspexerint delectari multitudinem.Atq; hæc q̃dem idcirco breuiter dixi: quod existimem cõuenire,vt tu qui non vnusquispiam es

Princeps supra vulgares opiniones.

e populo, sed populi rex, haudquaquam eadem cum reliqua multitudine de rebus habeas opinionem, neque rerum honestatem, neque hominum beneuolentiam voluptate metiaris quam magis ex recte factis illos aestimes. Praeterea vero quoniam de exercendo ingenio diuersa est philosophorum sententia, nonnullis ita censentibus e disputatoriis & ad contentionem paratis rationibus prudentiores reddi, eos qui ad haec animum adiunxerint, aliis rursum e ciuilibus, & de republica gubernanda praecipientibus, nonnullis ex aliis quibusdam literis id contingere autumantibus, cum illud interim apud omneis in confesso sit, ei qui fuerit recte institutus ex horum vnoquoque colligi consulendi facultatem, nimirum oportet omissis ambiguis ad id quod certum ac confessum est accedere, & ad huius rationem illa de quibus dubitetur explorare. Quanquam illud in primis obseruandum iis qui recte velint

Ex circunstantijs rerum: capiendum consilium.

statuere, vt in omni negocio, quid locus, quid tempus, quid rei ratio postulet consyderent, quod si minus possint, certe istos qui de gerendis negociis in genere praecipiunt, cum nihil intelligant, eorum quae ad rem pertinent, reiiciant reprobentque. Siquidem palam est eum qui sibiipsi nequaquam sit vtilis, nec alios prudentes redditurum. Porro qui sapiant & cordati sint, quique plus caeteris perspiciunt, hos magni facito, colitoque, memor nullam omnium esse possessionum aeque frugiferam, aeque regalem, atque eum qui possit recte consulere. Existimes autem futurum per illos, vt imperium tuum amplissimum reddatur, qui quamplurimum adiuuare possint animum tuum. Igitur ego quidem quae noui admonui, atque his muneribus te honoro, non quae tu merebaris: sed quae ipse praestare potui. Caeterum illud optato, vt caeteri quoque quemadmodum in initio diximus, non vulgata ista tibi adducant munera, quae vos pluris emitis a donantibus quam a vendentibus emeretis, sed huiusmodi potius donaria, quibus si diligenter vtaris, idque cotidie, nullum intermittens diem non solum non conteres, quod in illis solet vsu venire, verum tum maiora reddes tum meliora.

AVTHORE ERASMO ROTERODAMO.

INSTITVTIO PRINCIPIS CHRISTIANI PER Erasmum Roterodamum aphorismis digesta quo minus onerosa sit lectio.

ℂ NATIVITAS ET EDVCATIO PRINCIPIS.



Bi receptũ est suffragiis asciscí Principem, illic non perinde spectandæ sunt maiorum imagines: siue speties coporis aut proceritas: quod a barbaris nonnullis olim ineptissime factitatum legimus: atq; ĩdoles animi, mansueta placidaq;: sedatum: ac minime præceps ingenium: nec ita cõcitatum: vt periculum sit: ne accedente fortunæ licentia erumpat in tyrannidem & admonentem aut consulentem non ferat: nec rursus ita lentum: vt cuiuslibet arbitrio quouis duci sese patiatur. Spectãdus & rerum vsus: & ætas nec ita grauis: vt iam obnoxia sit delirationi: nec ita virens: vt affectibus abripiatᷣ Fortassis & valetudinis habẽda nõnulla ratio, ne subinde nouus Prĩceps sit adhibẽdus, idq; nõ citra reip. dispendium. Ualetudo principis.

In nauigatione nõ ei cõmittitur clauus, q natalibus aut opibus, aut forma cæteris antecellit, sed qui peritia gubernãdi, qui vigilantia, qui fide superat. Ita regnum ei potissimum est cõmittẽdum, qui regiis dotibus anteit reliquos: nempe sapientia, iusticia, animi moderatione, prouidentia studio commodi publici. Quibus rebus estimandus princeps.

Imagines, aurum gemmæ, nihilo plus habent mométi ad ciuitatis administrationem, q̃ eadẽ nauclero conductura sint ad nauim gubernandam.

Quod vnũ oportet spectare Principem in administrãdo, id vnum oportet spectare populum in Principe deligẽdo, nimirum publicam commoditatem, procul ablegatis priuatis affectibus. Utilitatis publice ratio.

Quo minus integrum est mutare quem delegeris, hoc

circunspectius est deligendus, ne diutissime nos cruciet vni us horæ temeritas.

Educatio principis. Cæterum vbi nascitur Princeps, non eligitur, quod & olim apud barbaras aliquot natiões fieri solitum testatur Aristoteles, & nostris temporibus vbiq̧ fere receptum est: ibi præcipua boni Principis spes a recta pendet institutione, quam hoc diligentiorem etiam adhiberi conueniet, vt quod suffragiorum iuri detractum est, id educandi studio pensetur. Proinde statim, & ab ipsis (vt aiunt) incunabulis

Bonis opinionib⁹ statim imbuendus princeps. vacuum adhuc & rude futuri Principis pectus, salutaribus opiniōibus erit occupandũ, ac protinus in puerilis aĩ nouale, iaciēda honesti semina, quæ paulatim ætate & vsu rerũ suppullulēt, ac maturescãt, & semel ĩfixa in oẽm vsq̧ vitã inhereãt. Nihil eĩ ita penitus ĩsidit & ĩhæreścit, vt quod primis illis ĩseritur annis, in q̄bus q̄d imbibamus, cũ in oĩbus permuultum refert, tum vero in Principe plurimum.

Vbi potestas non est deligendi Principem, ibi pari diligentia deligendus, erit, is qui futurum instituat principem

Vt nascatur probæ indolis princeps, id votis optandũ a superis. Porro ne bñ natus degeneret/aut vt par bñ nat⁹ educatione reddatur melior, id partim in nobis situm est.

Mos erat olim de republica benemeritis, statuas, arc⁹, ac titulos honoris gratia ponere. At nulli magis hoc honore digni sunt, q̄ ii qui in recte instituendo principe fidelem ac strenuam nauarint operam: nec priuatum emolumentum sed patriæ spectarint vtilitatem.

Omnia debet patria bono prĩcipi. Ad hũc ipsum debet ei qui rectis rationibus talem effecerit.

Statiʒ formandus princeps. Non aliud æque idoneum formandi corrigendiue prĩcipis tempus q̄ cum ipse nondum sese principẽ esse intelligit. Hoc igitur erit diligenter occupandum: non solum hactenus: vt interim cohibeatur a turpibus: sed etiam: vt certis quibusdam virtutum decretis imbuatur.

Ab exẽplo Si tanta sollicitudine parentes non omnino stulti: pue-

rum educant: vnius agelli successioni destinatum: quo tandem studio curaque educari par est: eum qui nõ vnis aedibus sed tot populis: tot ciuitatib9: imo qui orbi instituitur, aut magno omnium commodo futur9 vir bonus, aut magno omnium exitio futurus vir malus!

Magnificum ac praeclarum: bene gerere imperiũ. At nõ minus egregium, efficere, ne succedat deterior, imo hoc vel praecipuum boni prĩcipis munus est, dare operam, ne possit esse malus princeps

Quomõ educandi principũ filij.

Sic imperato quasi certes in hoc, ne quis tui similis queat succedere, at sic interim liberos futuro parans imperio: tanq̃ id agas, vt tibi succedat te melior.

Nulla pulchrior egregii principis cõmendatio, q̃ si talẽ relinquat reipub. ad cuius collationẽ ipse parũ bonus videatur. Nec poterat illius glĩa verius illustrari, q̃ sic obscurata.

Epiphonema ex contrarijs.

Foedissima commendatio est, quoties deterior succedẽs facit, vt superior dum viueret intollerabilis, iam vt probus ac salutaris desyderetur.

Bon9 ac sapiẽs prĩceps, ita curet educãdos liberos: vt illũ semp meminerit se patriae genitos, patriae educare, nõ suis affectibus. Priuatũ parẽtis affectũ sp publica vĩcat vtilitas.

Patriae educandi q patriae nati sunt.

Quantumuis multas erigat statuas, quantumuis operosas tollat substructiones, non aliud pulchrius virtutũ suarum monumentũ potest relinquere princeps, q̃ filiũ, haud quaq̃ degenerem, qui patrem optimum, optimis factis repraesentet. Non moritur, qui viuã sui relinquit imaginem.

Deligat igitur ad hoc muneris, ex vniuerso suorum numero, aut etiam asciscat vndecunque viros, integros, incorruptos, graues, longo rerum vsu, non modo praeceptiũculis doctos, quibus & aetas cõciliet reuerentiã, & vitae synceritas authoritatẽ, & mor̃ comitas ac iucũditas, amorem ac bñuolentiã, vel ne instituẽtiũ acerbitate offensus tenellus ai9: prius ĩcipiat virtutẽ odisse q̃ nosse, vel rursus ĩmodica indulgẽtia formãtis corrupt9, quo nõ oportet degeneret.

Qualis deligendus institutor.

Qualis principis institutor.

Cum in omni institutione, tum vero potissimũ in Principis ea moderatio est adhibenda, vt præceptoris seueritas ætatis premat lasciuiam, & nihilominus adiuncta morum comitas, leniat condiatq; cohibentis acrimoniam.

Annotandum Senecæ dictũ

Eiusmodi debet esse futuri Principis institutor, vt (quẽadmodũ elegãter a Seneca dictũ ẽ) & obiurgare norit citra cõtumeliã, & laudare citra adulationẽ, quẽ ille simul & reuereatur ob vitæ seueritatẽ, & amet ob moꝝ iucũditatem.

A simili.

Principum nonnulli, magna cura dispiciunt, quibus equum insignem, aut auem, aut canem curandum tradant: nihil autem referre putãt, cui filium formandum committant, quem sæpe numero talibus credunt præceptoribus: qualibus nemo plebeius paulo cordatior, suos liberos velit cõcredere. At quid retulerat filium genuisse imperio, nisi eundem cures educandum imperio?

Que nutrices & q collusores adhibẽdi.

Ne nutricibus quidẽ quibuslibet est cõmittẽdus impio nat⁹, sed integris & ad id ipsum præmonitis & edoctis, nec collusoribus qbusuis admiscẽdus, sed bonæ verecundæq; indolis pueris, ac liberalit̃ sancteq; habitis & institutis. Lasciuorũ iuuenum, ebriosorũ, turpiloquorum, ĩ primis aũt adulatorum turba, procul ab hui⁹ auribus atq; oculis erit arcenda, dum nondum præceptis confirmatus animus

Corrupta educatio.

Cum plæraq; mortalium ingenia vergant ĩ malum, ad hæc porro nullum tam fœliciter natũ ingenium, quod per uersa educatione non corrũpatur, quid nisi magnum malum expectes ab eo Principe: qui quocunq; natus ingenio (neq; enim imagines, vt regnum, ita mentẽ quoq; præstãt) statĩ ab ipsis incunabulis, stultissimis inficitur opinionib⁹ enutritur inter stultas mulierculas, adolescit inter lasciuas puellas, inter collusores perditos, inter abiectissimos assentatores, inter scurras & mimos, inter combibones & aleatores ac voluptatum architectos iuxta stultos ac nequam, inter quos nihil audit, nihil discit, nihil imbibit, nisi voluptates, delicias, fastũ, arrogãtiã, auariciã, iracũdiam tyrannidẽ,

atq; ab hac schola mox adhibetur ad regni gubernacula.

Cum cæterarũ artiũ optima quæq; sit difficillima, nulla autem neq; pulchrior ars, neq; difficilior, q̃ bene regnandi, cur ad hanc vnam nullam desideramus institutionem: sed satis esse ducimus natos esse? Maxime discenda regnandi ars.

Queso quid exerceant adulti, nisi tyrannidem, qui pueri nihil etiam luserunt nisi tyrannidem?

Vt oẽs boni sint: vix etiã optari põt. At nõ difficile est ex tot hoĩm milibus: vnũ atq; alterũ deligere: q probitate sapiaq; p̃cellat: p quos cõpendio plurimi reddantur boni.

Princeps adolescens diu suspectam habeat suam ipsius ætatem: partim ob rerum imperitiam: partim ob immoderatos animi impetus: caueatq; ne quid magnæ rei tentet: nisi prudentium virorum consilio præcipue seniorum: inter quos assidue versari debet: vt iuuentutis impotentia: maiorum reuerentia temperetur.

Quisquis instituendi Principis suscepit prouinciam, illud etiam atq; etiam secũ cogitet, sese rem haud quaq̃ vulgarem agere, sed omnium vt longe maximam: ita longe periculosissimam. Et in primis animum adferat eo munere dignum, neq; spectet quantum sacerdotiorum illinc possit auferre, sed qua ratione possit patriæ suas spes: illius credenti fidei: salutarem principem reddere.

Cogita moderator q̃tũ tuæ debeas patriæ: q̃ tibi fœlicitatis suæ summã cõcredidit. In te sitũ est: vtrũ illi malis salutare quoddã parare numẽ, an fatalẽ pestẽ ac luẽ immittere.

Primum igitur sagaciter aĩaduertat, is cui suum puerũ in gremiũ dedit respublica: quorsum iam tũ vergat. Quãdoquidem potest hoc quoq; in ea ætate notis quibusdam depræhendi: num propensior sit ad iracundiam: aut arrogantiam: num ad ambitionem: aut famæ sitim: num ad libidinẽ: aut aleam: aut pecuniæ studiũ: num ad vindictam aut bellũ: num ad impotẽtiã, aut tyrãnidẽ. Deinde qua senserit illũ procliuẽ ad viciũ: ea primũ muniat aĩm illius sa-

lubribus decretis, ac præceptis accommodis, coneturq́ꝫ se quax adhuc ingenium, in diuersum habitum trahere. Rursum qua depræhenderit naturam ad honesta procliuem, aut certe ad eiusmodi vicia, quæ facile detorquentur ad virtutem, quod genus sunt fortassis ambitio, & profusio: hac magis instet & naturæ commoditatem cultu adiuuet.

Inculcanda etiam que honesta sunt

Neqꝫ satis est huiusmodi decreta tradere, quæ vel a turpibus auocent, vel inuitent ad honesta: infigenda sunt, infulcienda sunt, inculcanda sunt, & alia atqꝫ alia forma renouanda memoriæ: nunc sententia: nunc fabella: nunc simili: nunc exemplo: nunc apophthegmate: nunc prouerbio insculpenda annulis, appingenda tabulis, asscribēda stemmatis, & si quid aliud est: quo ætas ea delectatur, vt vndiqꝫ sint obuia, etiam aliud agenti.

Optimis opinionibus imbuendus princeps.

Vehemēter inflammant generosos animos exempla celebriū virorū, sed multo maxime refert, qbus opinionibus imbuantur. Ab his enim fontibus omnis vitæ ratio proficiscitur. Quod si rudem puerū erimus nacti, tū enitendum erit, vt statim q̄ rectissimas ac saluberrimas imbibat, & veluti pharmacis qbusdam, aduersus vulgariū opinionū venena præmuniatur. Sin obtinget plebeiis opinionibus nō nihil infectus, tū primam oportebit esse curam, vt paulatī illis liberetur, pro reuulsis pestiferis salutures inserendæ.

Primum omniuz est eximere prauas opiniones.

Nam quēadmodū apud Senecam Ariston ait. Insano frustra precipi quomodo loqui debeat, quomodo procedere quō se gerere in publico, quomodo in priuato, nisi prius atram bilē expuleris, ita frustra moneas de ratione gerendi principatus, ni prius animum falsissimis quidem illis: sed tamen receptissimis opinionibus vulgi, liberaris.

Nec est quod resiliat aut diffidat institutor: si forte ferocius: aut intractabili⁹ ingeniū fuerit nactus. Cū enī nulla sit tā effera, tā immanis bellua, quæ nō mansuescat cura domitoris & industria cur existimet vllū hoīs ingeniū tā agreste tamqꝫ deploratū, quod diligēti nō mitescat institutiōe.

Rursum non est quod cessandum putet, si fœlicius ingenium contigerit. Eteni quo melior est soli natura, hoc magis corrumpitur, & inutilibus herbis ac fruticibus occupatur, ni vigilet agricola. Itidem ingenium hominis: quo fœlicius, quo generosius & erectius, hoc pluribus ac tetrioribus obducitur viciis, ni salubribus præceptis excolatur.

Ea littora solemus diligentissime communire, quæ vehementissimam fluctuum vim excipiunt. Sunt autem innumeræ res: quæ possint principum animos a recto dimouere. Fortunæ magnitudo, rerum affluẽtia: luxus, deliciæ, libertas, qua quicqd libet licet, exẽpla magnorum sed stultorum principum: ipsi rerum humanarum estus ac procellæ: super omnia vero adulatio, fidei ac libertatis fuco personata. Quo diligentius erit optimis decretis. laudatorum principum exemplis, aduersus hæc præmuniendus

Quemadmodũ non vno supplicio dignus sit, qui fontem publicum vnde bibant omnes veneno inficiat: ita nocentissimus est, qui principis animum prauis infecerit opinionibus, quæ mox in tot hominum perniciem redundẽt Si capite plectitur qui principis monetam viciarit, quanto dignior est eo supplicio, qui principis ingeniũ corruperit? ὁμοίωσις plutarchi

Maturæ suum negociũ aggrediatur institutor, vt teneris adhuc sensib⁹: semina virtutũ instillet, dũ procul abest ab oĩbus viciis animus: & in quemuis sequax habitum fingentis obtemperat digitis. Est sua & sapiẽtiæ infantia, quẽadmodũ & pietati. Semper idẽ: sed alias aliter agendũ. Iam tum infantulo: fabellis amœnis: apologis festiuis: lepidis parabolis: insinuet: quæ post grãdiori sit særio pcepturus Statim inserẽde bone opiniones.

Vbi libenter audierit puellus, Aesopicum apologũ de leone muris beneficio vicissim seruato: de columba formicæ opera ĩcolumi: vbi satis arriserit, tũ præceptor adiiciet: eã fabellã ad principẽ attinere: ne quem oĩno despiciat, sed infimæ quoq; plebis animos sibi benefactis studeat adiungere, quod nemo sit adeo imbecillis: quin & per occasionẽ Quis vsus apologorum.

pdesse qat amic9: & nocere inimicus: idq; potētissimis etiā
Vbi satis riserit aquilam auium reginam, a scarabæo vi lissimo insecto: pene funditus extinctā: illud addat ad huius exemplum, ne potētissimo qdem Principi: quantūuis humilem hostem aut prouocandum, aut negligendum.

Quis vsus fabularū

Nam sæpenumero ingenio nocere, qui viribus nō possint
Vbi Phaetontis fabulam cum voluptate didicerit, admoneat hanc esse Principis imaginem: qui dum ætatis calore præceps: sed nulla adiutus sapientia: rerum habenas capessit: suo pariter & orbis malo subuertit omnia.
Vbi Cyclopis ab Vlysse exoculati denarrata erit fabula: addat ei Polyphemo simillimum principem: qui viribus quidem polleat: careat autem sapientia.

Quis vsus similium.

Quis non libenter auscultet apum & formicarum politiam? Hæc vbi illecebra descenderit in animum puerilem: tum eliciat institutor: quod ad principis pertineat eruditionem, velut illud quod rex nunq̄ procul auolat: alis q̄ pro corporis portiōe minoribus: quod solus aculeo careat: admonēs hoc esse boni principis, semp intra regni terminos versari, & peculiarem huius laudem esse clementiam. Atq; ad eundem modum faciat & in cæteris. Neq; enim est hui9 instituti exempla persequi: sed rationem ac viam indicare.
Si qua videbātur acerbiora, ea formator orationis iucūditate leniat atq; edulcet. Laudet apud alios, sed honestis ac veris titulis, obiurget priuatī, sed ita vt seueritatē admonitionis aliqua leniat suauitate, præsertī si iā fuerit adultior.

Christi decreta primum infigenda.

Illud ante omnia ac penitus infigendum animo Principis, vt de Christo q̄optime sentiat: huius dogmata commode collecta protinus conbibat: idq; ex ipsis statim fontibus, vnde non solum purius hauriuntur, verum etiam efficacius. Hoc illi persuadeatur, quod ille docuit, ad neminem magis pertinere, q̄ ad Principem.

Nihil bonū preter vnam virtutem.

Magna pars multitudinis falsis ducitur opinionib9. nec secus atq; hi qui in specu Platonico vincti desidēt: inanes

rerum vmbras pro veris rebus admirãtur. At boni princi-pis partes sunt, nihil horum mirari, quæ vulgus hominũ magni facit, sed oĩa veris malis, ac veris bonis metiri. Nihil autem esse vere malum, nisi quod cum turpitudine cõiũctũ sit, nihil vere bonũ, nisi quod cũ honestate copulatũ.

Statim igitur hoc agat moderator, vt virtutem ceu rem omnium pulcherrimam ac fœlicissimam, & præcipue prĩcipe dignam ac amet ac suspiciat turpitudinẽ ceu rem fœdissimam miserrimam execretur horreatq;.

Qui veri honores

Ne consuescat puer ille regno destinatus suspicere diuitias, vt rem eximiam, per phas ac nephas expetendam, discat istos nõ esse veros honores, qui vulgo vocentur. Verũ honorẽ dec⁹ esse, qđ virtutẽ & recte facta suapte spõte cõsequatur, & tãto cõsequat̃ illustri⁹, q̃to min⁹ fuerit affectatũ.

Que vere voluptates

Voluptates istas plebeias, adeo non esse dignas prĩcipe, & Christiano principe: vt vix hominem deceant. Ostendatur aliud esse voluptatis genus, quod syncerum ac perpetuum, in omnem vsq; vitam homini duret.

Vera nobilitas.

Audiat nobilitatem, imagines, ceras, stemmata & totam illam caduceatorum pompam qua procerum vulgus muliebriter intumescit, nomina esse inania nisi quicquid est hoc nominis, ab honesto fuerit profectum.

Vera maiestas.

Prĩcipis dignitatẽ, amplitudinẽ, maiestatẽ, non fortunæ strepitu, sed sapiã, ĩtegritate recte factis parãdã & tuẽdã eẽ.

Mortem non esse formidabilem, nec in aliis deplorandã nisi fuerit turpis. Nõ enim esse fœliciorem qui diutius vixerit, sed qui honestius. Recte factis non annis metiendam longæuitatem. Neq; quicq̃ ad hominis fœlicitatem interesse, q̃ diu viuat, sed q̃ bene.

Propter seipsa expetenda honesta.

Virtutem ipsam abunde magnũ sui præmium esse. Boni principis esse munus vel sua morte, si fors ita res tulerit, populi commodis consulere. Nec perire principem qui huiusmodi ĩmoriatur negocio. Deniq; quæcunq; vulgus vel amplectitur tanq̃ iucunda, vel suspicit tanq̃ splendida, vel

sequitur tanq̃ vtilia, sola honesti regula esse metienda. Cō-tra quæcūq; vulgus vel horret vt acerba, vel fastidit vt humilia, vel fugit vt damnosa, non aliter esse fugienda, nisi si fuerint cum dedecore coniuncta.

Hæc infigantur animo pricipis futuri, hæc ceu leges sanctissimæ καὶ ἀκίνητοι tenello pectusculo īsculpātur. His titulis audiat laudari multos, audiat alios diuersis repræhendi, vt iam tum assuescat ex optimis rebus verā sperare laudem, & ex vere turpibus, ignominiam detestari.

At hic ꝑrinus reclamabit ex aulicis istis nugonibus quispiā quauis muliere tum stultior, tum corruptior. Tu philosophum nobis formas non principem. Imo principem fingo, cum tu pro principe vappam malis tui similem. Nī philosophus fueris, princeps esse non potes, tyrannus potes. Principe bono nihil est melius. tyrannus eiusmodi belua est, vt non sit aliud sub sole portentum neq; noxium æque, neq; magis inuisum omnibus.

Sentētia Platonis

Ne putatis temere dictum a Platone, & a laudatissimis laudatū viris, ita demum beatam fore rempublicam, si aut philosophentur principes, aut philosophi capessant principatum. Porro philosophus is est, non qui dialecticen aut physicen calleat, sed qui contēptis falsis rerum simulachris infracto pectore, vera bona & perspicit & sequitur. Vocabulis diuersum est, cæterum re idem, esse philosophum & esse Christianum.

Quid ꝑe dignū pricipe.

Quid stultius q̃ his artibus metiri principem, si belle saltitet, si dextre ludat alea, si gnauiter potitet: si fastu turgeat, si regaliter expilet populum: si cætera faciat: que nos pudet referre: cum quosdam haud pudeat facere!

Excellentia principis in quibus sita.

Quantopere principum vulgus studet abesse a cultu victuq; plebeio: tantopere verus princeps debet abesse a sordidis opinionibus ac studiis vulgi: imo solum hoc sordidum: vile: seq; indignum ducat: cum plebecula sentire: cui nunq̃ optima placuerunt.

Cogita queso q̄ sit absurdum gemmis, auro, purpura: satellicio, reliqsq; corporis ornametis, ceris & imaginib9, planeq; bonis nō tuis, omneis tanto interuallo superare, veris animi bonis multis e media fece plebis inferiorē conspici. Exemplū i pncipe.

Princeps qui gemmas, aurum, purpuram, ac reliquā fortunæ pōpam ciuibus suis ostētat, queso quid aliud, q̄ suos id suspicere mirariq; docet, vnde omniū ferme maleficiorū sentina nascitur, quæ prīcipum legibus puniuntur?

In aliis frugalitas aut mundicies vel inopiæ tribui potest, vel parsimoniæ, si quis iniquius interpretetur. At eadē in principe nihil aliud esse potest q̄ tpantiæ documentum cū is rebus modice vtitˢ, cui quantū libet, tantum suppetit.

Qui cōuenit eundē irritare vitia, q punit admissa? & nō/ne turpissimū sit, si qs ea sibi permittat, q̄ vetet ab aliis fieri.

Si te voles excellentē ptincipem ostendere, vide ne quis te propriis superet bonis, sapientia: animi magnitudine, tēperātia, integritate. Sin tibi visum erit cum aliis certare prīcipibus, non ita te superiorem existimes, si quā illis ditionis partē ademeris, aut copias fuderis, sed si fueris q̄ illi sūt incorruptior, si minus auar9, si minus arrogans, q̄ illi, si minus iracundus, si minus præceps, q̄ illi. Tria nobilitatis gnā.

Prīcipem summa decet nobilitas, Esto, verum cum tria sint nobilitatis genera. Vnum quod ex virtute recteq; factis nascitur, proximum quod ex honestissimarum disciplinarum cognitione proficiscitur, tertium quod nataliū picturis, & maiorum stemmatis æstimatur, aut opibus, cogita q̄ non conueniat prīcipē infimo genere nobilitatis intumescere, quod sic infimum est, vt nullum omnino sit, nisi & ipsum a virtute fuerit profectum, summum illud negligere, qd ita summū est, vt solum optio iure possit haberi.

Si clarus videri studes, ne ostentes sculptas aut colorib9 obumbratas imagines, in quibus si quid vere laudis est, id pictori debetur, cuius ingenium & industriam arguunt. Quin potius virtutis monumenta moribus exprimito.

Insignia principum.

Si cætera desint, vel ipsa tuæ celsitudins ornamenta monere te possũt officii. Quid sibi vult vnctio, nisi summam in principe lenitatem ac mãsuetudinem, quod fere magnæ potentiæ comes esse soleat crudelitas? Quid aurum indicat, nisi singularem sapientiam? Quid gemmarum fulgor, nisi virtutes eximias minimeq́ plebeias? Quid ardẽs purpura: nisi summam erga rempublicam charitatem? Quid sceptrum: nisi tenacem iusticiæ animum, & nullis auocamentis a recto deflectentem? Cæterum ab hisce rebus si qs longissime absit: ei non ornamenta sunt hæc symbola: sed viciorum exprobramenta.

Animus principem facit non cultus.

Si torques, si sceptrum, si purpura, si satellitium, regem faciunt: quid tandẽ vetat pro regibus haberi, tragœdiarũ histriones: qui iisdem ornati prodeunt in scenam?

Vis scire quid principem ab histrione secernit? nempe animus principe dignus, hoc est in rempublicam paternus Hac lege populus in tua iurauit verba.

Diadema: sceptrũ: trabea, torques, balthe9, ĩ bono prĩcipe virtutũ aut isignia sũt, aut symbola, ĩ malo vicioꝝ note

Quo turpius est hoc magis erit cauendum, ne talis sit Princeps, quales olim fuisse permultos legimus: & vtinam hodie nullos videre sit: quibus si regum detraxeris ornatum, & aduenticiis nudatos bonis, ad suam cutem redegeris: iam nihil relinquas: præter egregium aleatorem: inuictum potorẽ, acrem expugnatorem pudicitiæ, vaferrimũ impostorẽ: insatiabilem expilatorem: periuriis: sacrilegiis perfidiis, omniq́ facinorum genere coopertum hominem

Quoties venit in mentem te principem esse: pariter succurrat & illud te Christianum esse principem: vt intelligas te a laudatis quoq́ gentilium principibus tantum oportere abesse, quantum abest ab ethnico Christianus.

Magna christianorum omnium professio.

Neq́ vero putes securam aut delicatam Christiani professionem: nisi forte leue putas sacramentum, quod æque cum omnibus in baptismo iurasti: semel omnibus renun-

ciare quæ satanæ placent/& Christo displicent. Displicent autem quæcunq; ab euangelicis decretis abhorrent.

Sacraméta Christi tibi cum aliis communia sunt: & doctrinam non vis esse communem? In Christi verba iurasti, & in Iulii aut Alexādri magni mores digrederis? pmiū tibi postulas esse cōe: & illius decreta nihil ad te ptinere putas?

At rursum ne putaris Christum situm esse ĩ cerimoniis: hoc est in præceptis dumtaxat vtcunq; seruatis & ecclesiæ constitutionibus. Christianus est: non qui lotus est: non q vnctus: non qui sacris adest, sed qui Christum intimis cōplectitur affectibus, ac piis factis exprimit. Quis vere christianus.

Caue ne quando sic tecum cogites, cur ista mihi canuntur? non sum priuatus, non sum sacerdos, non sum monachus, sed illud cogita. Christianus sum & princeps. Cristiani est ab omni turpitudine prorsus abhorrere. principis est integritate prudentiaq; cæteros antecellere.

Si hoc a tuis exiges, vti leges tuas cognoscant, & cognitas seruent: multo magis a teipso debes exigere: vt Christi imperatoris tui leges edíscas: & obserues

Si iudicas infame crimen: & cui nullum supplicium par inueniri possit, ab imperatore desciscere: qui semel in illius verba iurarit: cur ipse tibi ignoscis, lusum ac iocum existimans: quoties edicta Christi negligis, in cuius verba iuratum est in baptismo, cui nomen dedisti, cuius sacramentis adactus es, & auctoratus?

Si hæc serio fiūt, cur pro ludo ducim⁹? sin ludus est, cur Christi titulo gloriamur? Mors equa est oĩbus, mēdicis iuxta ac regibus: at post mortē iudiciū haud æquum est oĩbus: in quo cum nullis seuerius agetur, q̄ cum potentibus.

Ne putaris te Christum satis tibi demeritum, si classem miseris in Turcas: si sacellum aut monasteriolum extruxeris. Non alio officio potes magis tibi conciliare deum: q̄ si populo salutarem præstes principem.

Caue ne te fallant adulantium voces, qui ita dictitant. Christiani principis crux.

huiusmodi præcepta nō ad principes, sed ad ecclesiasticos quos vocāt pertinere. Princeps non est sacerdos, fateor: & ideo non consecrat corpus Christi: non est episcopus: ac ꝑinde nō concionatur apud populum de Christi mysteriis nec administrat sacramēta. Non est professus institutū diui Benedicti. Et ob id nō gestat cucullā. Verū quod his oībus maius est, Christianus est. Nō Francisci: sed ipsius christi institutum professus est, ab hoc candidam accepit vestē. Cum cæteris Christianis certet oportet, si cum cæteris tanta sperat præmia. Aut tua crux, tibi quoq; tollēda ē: aut nō agnoscet te Christus. Quæ tandē mea crux inquies? Dicā, dum quod rectū est sequeris, dū nemini vim facis/ neminē expilas: nullum vendis magistratum: nullo munere corrūperis: nimirum minus habebit tuus fiscus: contemne fisci detrimentum, dūmodo lucrum facias iusticiæ. Ad hæc dū modis omnibus reip. consulere studes: sollicitam agis vitā Fraudas ætatem ac genium tuum voluptatibus: maceras te vigiliis ac laboribus, neglige: & oblecta te conscientia recti. Item dū ferre mauis iniuriam q̄ magno reip. detrimēto vlcisci, fortasse decedit nōnihil imperio tuo. Feras, illud ab unde magnum lucrum esse ducens: quod paucioribus nocueris. Sollicitant animum tuum priuati affectus, quod genus ira contumeliis cōmota. aut vxoris amor, aut inimici odium, aut pudor, vt facias quod abhorret a recto: & quod ex vsu reip. non sit: vincat honesti respectus: vincat vtilitas publica: priuatos animi motus. Deniq; non potes tueri regnum: nisi violata iusticia: nisi magna sanguinis humani iactura: nisi religionis ingenti dispendio, depone potius ac cede tpi. Nō potes succurrere rebus tuoꝝ, nisi vitæ tuæ periculo: publicā salutē antepone vitæ. At dū hæc agis quæ vere pricipis sunt Christiani: erūt fortassis: qui te stupidū dicant: parūq; principē: obfirma animū, vt malis esse vir iustus q̄ princeps iniustus. Vides opinor: q̄ nec regibus summis desit sua crux: si quod oportet, vbiq; rectū seq velint.

In aliis nõnihil cõceditur adolescẽtiæ, aliquid donatur senectuti, error illi: huic otium & cessatio. At qui principis munus suscepit, qñquidem oĩm agit negociũ: nec adolescẽtẽ esse licet: nec senem: propterea qd non nisi magno pluri/morũ malo errat, nec sine grauissima pnicie, cessat ĩ officio Principi erranti nõ dat venia.

Miserã prudẽtiã dixere veteres: quæ rerũ experimentis comparatur, propterea quod hãc suo quisq; malo conseq-tur. Hãc igitur oportet q̃ longissime abesse a prĩcipe, quæ vt seruis: ita nõ sine immensis totius populi malis cõtingit

Si recte dixit Aphricanus indignam viro sapiente vo-cem esse non putaram: quanto magis indigna videbitur Principe, quæ cum ipsi magno, tum nimio constat reipu! Semel fortasse temere susceptum bellum a iuuene belli imperito durat in annum vigesimum. Quantum hinc malo-rum omnium mare! Tandem resipiscens nimium sero di-cit, non putaram. Semel ad priuatos affectus, aut ad præ-ces aliquorum, corruptos instituit magistratus, qui totam reipublicæ disciplinam subuertunt. Sentit tandem: & non putaram inquit. At ista prudentia nimio emetur patriæ, si tanti cætera omnia erunt emenda. nõ putarã

Proinde Principis animus ante omnia decretis ac sentẽtiis erit instruẽdus: vt ratione sapiat nõ vsu. Porro rerum experientiã: quã ætas negauit seniorũ consilia supplebũt.

Ne tibi putes licere, quicquid libuerit: quod stultæ muliereculæ & adulatores solent Principibus occinere: verum ita temetipsum instituas, vt non libeat nisi quod licet, imo nec hoc tibi licere credas quod licet priuatis. Quod in aliis error est: in Principe flagitium est.

Quo tibi plus licet p alios: hoc minus ipse tibi pmittas oportet, & hoc ĩ teipsum sis seuerior: quo magis indulgẽt oẽs: ipse tibi sis censor acerrimus, etiã cum applauserit oẽs

Tua ĩ cõspicuo vita est, latere nõ potes: aut magno oĩm bono bonus sis necesse est: aut magna oĩm pernicie malus.

Quo plus honorum tibi defertur ab omnibus, hoc im-

pensius operam da, ne deferantur indigno. Vt nullus par meritis honos aut gratia rependi potest bono principi, ita contra malo nullum satis meritis dignum supplicium.

Vt nihil est ĩ rebus humanis sapiēte bonoq; monarcha magis salutare, ita e diuerso, stulto maloq; nihil pōt existe-re pestilentius.

Nullius pestilētiæ neq; citius corripit, neq; latius serpit cōtagiū, q̄ mali prĩcipis. Cōtra nō alia breuior aut efficaci-or, ad corregēdos ppl'i mores via, q̄ prĩcipis ĩcorrupta vita

Vulgus nihil imitatur lubentius: q̄ quod a suo prĩcipe fieri cōspexerit. Sub aleatore passim luditur alea, sub bellaci bellaturiūt oēs, sub comessatore luxu diffluunt, sub li-bidinoso lenocinātur, sub crudeli deferūt & calumniātur. Euolue veterum historias, reperies semper eiusmodi fuisse sæculi mores, cuiusmodi fuerat principis vita.

Nullus cometes, nulla vis fatalis sic afficit res mortaliū, vt vita principis rapit ac trāsformat mores ac aĩos ciuium.

principis exemplum efficacissimum

Plurimum ad id habent momenti studia moresq; sacer-dotum & episcoporū, fateor, sed multo magis prĩcipū, nā illos citius calūniantur homines, si forte mali fuerĩt, q̄ imi-tantur, si boni sint. Quēadmodum monachi nō admodū incitāt ad imitationē sui. si pii sint, quod id modo pstare vi deātur, qd profitētur. Cæterū si impii: vehemēter offendūt oĩm aĩos. Ad prĩcipis āt æmulationē nemo nō extimulat.

Princeps vel ob hoc ipsum cauere debet: ne malus sit: ne tam multos exemplo suo reddat malos. Et vel ob hoc stu-debit esse bonus, quo tam multos efficiat meliores.

Bonus princeps dei imago

Princeps salutaris: vt erudite dictum est a Plutarcho: vi-uum quoddam est dei simulacrum: qui simul & optimus ē & potentissimus: cui bonitas hoc præstat: vt omnibus pro-desse velit: potentia: vt quibus velit: possit quoq;.

E diuerso malus ac pestilens prĩceps: mali demonis ima-ginem repræsentat: cui multum adsit potentiæ: cum sum-ma malicia coniunctum. Quicquid habet virium: id om-

omne consumit ad calamitatem humani generis. An non huiusmodi quidam orbis malus genius fuit Nero: an non Caligula: an non Heliogabalus: quorum non solum omnis vita pestis quædam mundi fuit: sed ipsa etiam memoria publicæ mortalium execrationi est obnoxia?

At tu qui Christianus etiam es princeps: cum audis: aut legis te dei simulacrum esse: te dei vicarium esse: caue ne qd hinc intumescas animo: quin potius ea res te magis sollicitũ reddat: vt rñdeas archetypo tuo: pulcherrĩo quidẽ illi: sed quod assequi sit difficillimũ: non assequi turpissimum

Theologia Christianoꝝ tria præcipua quædam in deo ponit: summam potentiã: summam sapientiam: summam bonitatem. Hunc ternarium pro viribus absoluas oportet Nam potentia sine bonitate mera tyrannis est: sine sapientia pernicies: non regnum. Primum igitur des operam: vt quandoquidem potentiam fortuna dedit: q̃ maximam sapiẽtiæ vim tibi compares: vt vnus omnium optime quid expetendum: quidue fugiendum sit perspicias: deinde vt q̃ maxime prodesse studias omnibus, nam id est bonitatis. Potestas autem ad hoc potissimum tibi seruiat: vt quantũ cupis prodesse: tantundem & possis: imo plus velis q̃ possis. Porro nocere hoc minus velis: quo magis potes.

Tria ĩ prĩcipe quẽadmodum in deo.

Deus amatur a bonis oĩbus: nõ timetur nisi a malis: hoc dũtaxat genere timoris: quo quis timet: ne sibi noceatur. Ita bonus princeps nulli debet esse formidabilis: nisi sontibus ac scelerosis: at ita rursus: vt his quoq; spes veniæ reliqua fiat: si modo fuerĩt sanabiles. Ex aduerso: Cacodæmõ amatur a nemine: formidatur ab omnib9: præcipue bonis nã malis cũ illo cõuenit. Ita tyrãn9 optimis qbusq; maxĩe ẽ inuisus: & nullus ẽ ab hoc min9 alien9 q̃ qui pessimus est.

princeps bonis amabilis.

Perspexisse videtur hæc diuus ille Dionysius: qui treis fecit hierarchias: vt quod deus est inter cœlitum ordines: id episcopus sit in ecclesia: id princeps in republica: illo nihil melius: & ob eo velut a fonte manat in alios qcqd boni

possidet. Vehemēter igitur absurdū videat: si ab eo maxīa reip. maloꝝ pars oriatur: vbi fontē bonorū oportebat esse.

Summa spes ꝯsilij principe.

Populus suapte natura tumultuatur, magistratus facile corrumpit, aut auaricia aut ambitio. Vna superest, veluti sacra ancora, incorruptus principis animus, quod si is quoq; stultis opinionibus, prauis affectibus viciatus est, quae tādem potest esse reipublicae spes?

Collatio dei & principis boni

Deus cum sit in omnia beneficus, ipse nec eget vllius officio, nec requirit beneficium. Ita vere magni principis est: & aeterni principis imaginem referentis, vel gratis benemereri de omnibus, nullo vl' emolumenti vel gloriae respectu.

Deus vt pulcherrimum sui simulacrum in coelo constituit ī solem, ita inter homines euidētem ac viuam sui collocauit imaginem regem. At sole nihil communius, ac caeteris item corporibus coelestibus lucem suā impartit: ita princeps publicis vsibus maxime debet esse expositus: & natiuum sapientie lumen habere domi: vt etiam si quid cecutiant caeteri: nunq̄ tamē ille hallucinetur.

Deus cum nullis tangatur affectibus: tamen optime mūdum administrat iudicio. Ad huius exemplum princeps in omnibus quae gerit: exclusis animi motibus: rationem & animi iudicium debet adhibere.

Deo nihil sublimius: ita prīcipē oportet ab humilibus vulgi curis: ac sordidis affectib⁹ q̄ longissime semotū esse.

Annotandum.

Vt deū omnia moderantem: nemo tamen cernit: sed sentit: idq; beneficio adiutus: ita patria non sentiat principis vires: nisi cum illius sapientia bonitateq; subleuatur. Contra tyranni nusq̄ sentiuntur: nisi omnium malo.

Longanimitas.

Sol cum altissime prouectus est in zodiaco: tum tardissimi motus est: ita quo fortuna te subuexerit alti⁹: hoc oportet animo leniori minusq; feroci esse.

vera magnanimitas

In hoc praestanda est vera animi celsitudo: nō vt nihil contumeliae pati possis, non vti neminem feras te regnare latius, sed vti dedigneris qcq̄ admittere principe indignū.

Cum omnis seruitus & misera est & foeda: tum vero foedissimun simul & miserrimum seruituris genus, seruire viciis aut sordidis affectibus. Vera seruitus.

Quid queso turpius aut abiectius, q̄ libidini, iracundiæ auariciæ, ambitioni, aliisq; id genus insolentissimis dominis seruire eum: qui sibi vindicat imperiū in hoīes liberos?

Quam absurdum sit, cū apud ethnicos fuisse cōstet, qui maluerunt sibi necem cōsciscere, q̄ cum humani sanguinis iactura tueri imperiū, quiq; reipublice cōmoditatem anteposuerit suæ vitæ, Cristianum Principē tāta reipublice pnicie, voluptatib9, aut affectibus viciosis consulere? Codrus & Otho.

Cum principatum suscipis, ne cogita quantum accipias honoris, sed quantū oner[ac sollicitudinis, neq; censum ac vectigalium modum expēde, sed curam, nec arbitreris tibi prædam obtigisse, sed administrationem.

Nullus imperio gerendo censetur idoneus, authore Platone, nisi qui coactus & inuitus suscipit imperium. Quisquis ei affectat pricipis munus, is aut stultus sit necesse est: q non intelligat, q̄ sollicita q̄q; periculosa res sit, recte fungi regis officio, aut adeo vir malus, vt in animo habeat sibi gerere imperiū non reip. aut adeo socors, vt non expendat onus quod suspicit. Oportet autem hunc qui sit idoneus regno simul & diligentem esse, & bonum, & sapientem. Noua platonis sententia.

Quo ditionē suscipis ampliorem, caue ne hac tibi videare fortunatior: sed memineris te hoc plus curarum ac sollicitudinum in humeros recipere, vt minus iam indulgendū sit ocio, minus dandum voluptatibus.

Ii demum Principis titulo digni sunt, non qui rempub. sibi, sed se reipublicæ dicant. Etenim qui sibi gerit imperium: & omnia suis metitur commodis, is non refert quibus ornetur titulis, certe re tyrannus est nō princeps. Vt autem nulla pulchrior appellatio q̄ principis: ita nulla inuisior. & omnium sensibus execratior q̄ tyranni.

Hoc interest inter principē ac tyrannū, quod in ēppiciū

patrē, & immitē dominū. Ille cupit etiā vitam liberis suis impendere, hic nihil aliud spectat, q̄ suū emolumentū, aut animo suo morem gerit, non suorum cōmodis consulit.

Neq͂ tuo sit animo satis, si rex aut princeps dicaris, possederunt hos titulos & orbis pestes Phalaris ac Dionysius sed apud tuū ipsius aīm expendito quid sis. Vere siquidē a Seneca dictū est: tyrannū a rege distare: factis, non nomīe

Quō tyrānum a rege distinxerit Aristoteles.

Id vt compendio dicam, hac nota principem a tyranno distīguit in Politicis Aristoteles: quod hic suis studet commodis, ille reipublicæ. Princeps quacunq͂ de re deliberans illud semper ī animo spectat, num expediat vniuersis ciuibus. Tyrannus illud considerat, an sibi conducat princeps etiam suum agens negocium, tn̄ potissimum suoꝝ spectat vtilitatem. Contra tyrannus si quando benemeretur de ciuibus, tamen hoc ipsum ad priuatam suā refert vtilitatem.

Qui suos eatenus curant, quatenus expedit propriis cō moditatibus: ii non alio loco ciues suos habent: q̄ vulgus hominum equos & asinos. Nam hos quoq͂ curant illi, sed omnem curationem suis non illorum vsibus metiuntur. Cæterum qui rapacitate deglubunt populum, aut crudelitate laniant, aut ob ambitionem suam periculis omnibus obiiciunt: ii peiore loco ciues habent liberos, q̄ vulgus empta iumenta, aut lanistæ sua mancipia.

Qui nobiles tyrannide.

Curabit igitur qui principem instituit, nominum etiā ipsorum odium instillare futuro principi, tyrānidis ac dominii, frequenter execrans humano generi detestata vocabula. Phalaridis, Mœzentii, Dionysii Syracusani, Neronis Caligulæ, Domitii, qui deus ac dominus dici voluerit.

Contra si qua sunt exempla bonorum principum: qui vehementer absint ab imagine tyranni: ea cum fauore & laude crebro studeat proponere. Deīde vtriusq͂ velut imaginem quandam depingat, & quoad poterit: oculis animoq͂ representet: regis ac tyranni/ vt ad illam magis inflammetur, ab hac vehementius abhorreat.

Deliniet igitur cœleste quoddam animal, numini q̄ homini simili⁹, omnibus virtutum numeris absolutum, omnium bono natum, imo datum a superis subleuandis rebus mortalium: quod omnibus prospiciat: omnibus consulat, cui nihil sit antiquius: nihil dulcius republica: cui plusq̄ paternus sit in omneis animus: cui singulorum vita charior sit q̄ sua, quod nocteis ac dies nihil aliud agat, nitaturq̄, q̄ vt optime sit omnibus, apud quem præmia parata sint bonis omnibus, malis venia, si modo sese ad frugem meliorem referant, quod adeo gratis cupiat de ciuibus suis benemereri, vt si necesse sit: non dubitet suo periculo illorum incolumitati cōsulere, quod patriæ commodū: suum ducat esse lucrū, quod semp vigilet: quo cæteris liceat altū dormire, quod sibi nullū relinquat ociū: quo patriæ liceat in ocio vitā agere: quod se iugibus curis discrutiet: quo ciuibus suppetat tranqllitas. A cuius vnius virtute publica pēdeat fœlicitas. Et hāc admoneat eē veri pricipis imaginē *Pictura boni principis.*

Ex aduerso subiiciat oculis: immanem quandam ac tetram beluā e dracone, lupo, leone: vipera: vrso similibusq̄ conflatam portentis, vndiq̄ sexcentis armatam oculis, vndiq̄ dentatam: vndiq̄ metuendam aduncis vnguibus, ventre insatiabili: humanis saginatā visceribus: humano sanguine temulentam, quæ peruigil omnium fortunis vitæq̄ immineat, infensam omnibus: sed præcipue bonis, fatale quoddam totius orbis malum: quam execrentur & oderint vniuersi, qui bene velint reipublicæ: quæ nec ferri possit ob immanitatem, nec tolli sine magna orbis ruina, ob præsidiis & opibus armatam maliciam. Et hanc esse tyranni imaginem, aut si quid hac quoq̄ fingi possit odiosius. Huiusmodi portentum erat Claudius, huiusmodi Caligula: huiusmodi poetarum quoq̄ fabulæ fingunt Busyridē: Pentheum, ac Midam: quorum nomina iam in publicum generis humani odium abiere. *Pictura mali principis.*

Tyranno propositum est sequi quicquid animo colli- *Differentia regis ac tyrāni.*

buit. Regi contra quod rectũ sit & honestum: tyranni præmium diuitiæ, regis honos: qui virtutem consequitur. tyrannus administrat metu, dolo: ac malis artibus. Rex sapiẽtia, integritate, beneficentia. tyrannus sibi gerit imperium. Rex reipublicæ. tyrannus barbarico satellitio & conductitiis latronibus tuetur ĩcolumitatem suam. Rex se sua erga ciues beneficentia, & ciuium erga se beneuolentia satis tutum putat. Tyranno suspecti sunt & inuisi, quicunq; ciuiũ virtute prudentia: aut authoritate pollent. At hos rex, vt adiutores & amicos potissimum amplectitur. Tyrannus aut stupidis delectatur quibus imponat: aut sceleratis quibus ad suæ tyrannidis præsidiũ abutatur aut adulatorib9 a quibus audiat: quod libenter facit. Contra regi, sapientissimus quisq; gratissimus est, cuius consilio possit iuuari: quo quisq; melior est vir, hoc pluris facit: quod huius fidei tuto possit credere, & liberos amat amicos: quorum cõsuetudine reddatur melior. Et regum & tyrãnoꝝ multæ sunt manus, multi oculi: sed longe diuersa mẽbra. Tyrãnus hoc agit, vt ciuium opes ad paucos eosq; pessimos conferantur & attenuatis suorum viribus, suam communiat potentiã. Rex hoc maxime in suo fisco esse ducit, quod in ære sit ciuium. Tyrannus hoc agit: vt omnes sibi legibus aut delationibus habeat obnoxios. Rex libertate ciuiũ delectatur Tyrannus metui studet, rex amari. Tyrannus nihil æquæ suspectũ habet, atq; ciuium bonorum, & ciuitatem concordiam, qua præcipue gaudent boni principes. Tyrannus gaudet inter ciues factiones ac dissidia serere: & simultates forte fortuna obortas diligenter alit, ac prouehit: atq; his rebus ad suæ tyrãnidis communitionem abutitur. At hoc vnicum regi studium est, ciuium concordiam alere: & si quid ortum fuerit dissensionis continuo rem inter eos cõponere: nimirum intelligens hanc esse grauissimam rerum publicarum pestem. Tyrannus: si senserit florere rempublicam, repertis titulis, aut immissis etiam hostibus, bel

sum excitat, vt hac occasione vires suorum attenuet. Contra rex omnia facit ac patitur, quo pacem publicam reddat perpetuam, intelligēs ex bello semel omnia reipublicæ mala proficisci. Tyrannus leges, constitutiones, edicta, fœdera denique sacra prophanaque ad sui capitis tutelam aut īstituit, aut pertrahit. Rex hæc omnia publico metitur bono.

Huiusmodi plurimæ sunt tyranni vel notæ vel artes: quas Aristoteles in libris Politicis fusius exequitur. Verū harum omniū summam in tria contrahit. Primū ne velint aut ausint ciues aduersus tyrannidē insurgere. Proximum nē sibi īter se fidant. Tertiū: ne quid possint nouarum rerū moliri. Primum efficit, dum modis omnibus agit: vt ciuibus q̄minimum sit animi minimumque sapientiæ, dum eos seruiliter habet, & aut sordidis addictos officiis, aut delationibus obnoxios, aut voluptatibus effœminatos. Scit enī generosos & erectos animos indigne ferre tyrannidem. Secundum efficit: cum agit, vt ciues inter se dissideant mutuis odiis: & alius aliū deferat, ipse interim suorū malo potētior. Tertium assequitur, dum opes, & authoritatem suorum, & maxime bonorum virorū modis omnibus attenuat, quod nemo sanus aggredi velit, quod desperet posse confici. Ab his omnibus studiis princeps q̄ longissime absit oportet, imo prorsus ἐκ διαμέτρου, quod dici solet dissideat p̄sertim Princeps Christianus. Etenim si talem pinxit Aristoteles primum ethnicus: deinde philosophus: inter illos quoque non perinde sanctus ac doctus: quāto magis id præstare oportet eum: qui Christi fungatur vicæ?

Quin ex ipsis mutis animantibus regis ac tyranni simulachrum colligere licet. Apum regi amplissimum cubile est: sed id in medio: veluti tutissimo regi loco. Atque ipse qdem onere vacat: verum exactor est alienorum operum. Hoc amisso totū examē dilabitur. Propterea insignis regi forma est dissimilisque cæteris, tum magnitudine: tū nitore. Sed hac: vt inquit Seneca, nota potissimū a cæteris distinguitur, qd

cum apibus plurimum sit iracundiæ, adeo vt aculeos ĩ vulnere relinquant. Solus ipse rex aculeo caret. Noluit illum natura nec sæuum esse, nec vltionem magno constaturam petere, telumq́ detraxit, & iram eius inermem reliquit. Exemplar hoc magnis regibus ingẽs est.

Tyranni feris immitiores.

Iam si tyrãni quæris imaginem, leonem, vrsum, lupum: aut aquilam cogita, quæ laniatu viuunt, ac præda, vt quoniam intelligunt sese, omnium odiis obnoxia, omnium insidiis peti, præruptis locis se continent, aut specubus & solitudinibus abdunt sese. Nisi quod horum quoq́ sæuiciã superat tyrannus. Dracones, pardi, leones, cæteraq́ immanitatis dãnata crimine animantia, a suo genere temperant & tuta est inter feras similitudo morum. At tyrannus homo ĩ hoĩes: ciuis in ciues potissimũ feritatem suam exercet

Ex libro regum .1.

Quin etiam in literis diuinis deus tyranni simulacrum depixit his verbis. Hoc erit ius regis, qui imperaturus ẽ vobis, filios vestros tollet, & ponet in curribus suis, facietq́ sibi equites & præcursores quadrigarum suarum, vt constituat sibi tribunos & centuriones, & aratores agrorum suorum, & messores segetum, & fabros armorum & curruum suorũ. Filias quoq́ vestras faciet sibi vnguentarias, & focarias, & panificas. Agros quoq́ vestros & vineas, & oliueta optima tollet, & dabit seruis suis. Sed & segetes vestras & vinearum reditus addecimabit, vt det eunuchis & famulis suis. Seruos etiam vestros & ancillas. & iuuenes optimos, & asinos auferet, & ponet in opere suo. Greges quoq́ vestros addecimabit, vosq́ eritis ei serui. Et clamabitis in die illa a facie regis vestri, quem elegistis vobis, & non exaudiet vos dominus. Neq́ vero quemq̃ hoc moueat, quod hic regem vocat non tyrannum. Siquidem olim regis nomen nõ minus inuisum fuit q̃ tyranni. Et cum nihil sit salutarius bono rege, cur deus iratus hanc imaginẽ proponi iussisset populo, quo videlicet a petendo rege deterreret? Proinde ius regium, ius tyrannicum dixit. Alioqui Samuel ipse vere re

gem gesserat, tot annis sancte & incorrupte, rem populi ad ministrans. At illi non intelligentes fœlicitatem suam, more gentium regem flagitabant: qui fastu, qui violentia regē ageret. Et tamen in hac imagine quota portio malorum est quæ nostra memoria in nonnullis etiam Christianis principibus magno totius orbis malo conspeximus?

Accipe nunc boni principis imaginē: quam deus ipse in libro Deuteronomii descripsit ad hunc modum. Cūq; fuerit rex constitutus: non multiplicabit sibi equos: nec reducet populum in Aegiptum: equitatus numero subleuatus. Non habebit vxores plurimas: quæ alliciant animum eius. neq; argenti & auri immensa pondera. Postq̄ autem sederit in solio regni sui: describet sibi Deuteronomium legis huius in volumine: accipiens exemplar a sacerdotibus Leuiticæ tribus: & habebit secum omnibus diebus vitæ suæ vt discat timere dominum deum suum, & custodire verba & ceremonias eius, quæ ī lege præcepta sunt. Nec eleuetur cor eius in superbiam, super fratres suos, neq; declinet ī partem dextram vel sinistram, vt lōgo tempore regnet ipse & filii eius super Israel. Si rex hebræus iubetur legem edisce re: quæ figuras & vmbras modo iusticiæ tradebat, quanto magis conuenit: vt princeps Christianus Euangelii dogmata teneat ac sequatur? Si non vult regem iudeum efferri supra populum suū, fratres illos appellans, non seruos quāto minus idem facere oportebit Christianū in christianos, quos ipse quoq; Christus principum omnium monarcha fratres appellat. Descriptio boni principis ex Deuteronomio.

Audi iam quō tyrannum descripserit Ezechiel. Principes inquit in medio eius, quasi lupi rapientes prædam ad effundendum sanguinem. Plato pricipes, reip. custodes appellat: vt hoc sint patriæ, quod canes gregi, quod si canes vertantur in lupos. quid præterea sperandum est gregi? Principis descriptio ex Ezechiele.

Idem alio in loco, crudelem ac rapacem principem leonem appellat: & alibi minatur pastoribus qui pascerent se Tyrānus leo.

metipsos: neq; gregis vllam haberent curam. Principes sen
ties: qui sibi gerunt imperiū. Et Paulus de Nerone loquēs.
Liberatus sum inquit de ore leonis. Et in eādem ferme sen-
tentiā Solomon ille sapiens: vide quomodo tyrannum de
pinxerit. Leo inquit rugiens: & vrsus esuriens: princeps im
pius: super populum pauperem. Ac rursus alibi. Cum im-
pii sumpserint principatum: gemet populus quasi sub ser
seruitute deductus. Et iterum alibi. Cum surrexerit impii
abscondentur homines.

Quid, q̄d apud Esaiā cum dn̄s offensus populi sceleribꝰ
Prīceps puer. cōminatur dicens. Et dabo pueros prīcipes eoꝝ, & effœmi/
nati dn̄abuntur eis. Nōne palā declarat, nullā acerbiorē ca
lamitatē obuenire posse regioni, q̄ stultū & ip̄iū prīcipem.

Sed quid nos ista persequimur, cum ipse Christus vni-
cus prīceps ac dominus omniū, clarissime discreuerit Chri
Prīceps iuxta euāgelium. stianum principem ab ethnico. Principes inquit gentium
dominantur eis, & qui potestatē habent, exercent inter eos
Inter vos autem non erit sic. Si principum ethnicorum est
dn̄ari, nō est igitur Christianoꝝ dominium. Quid est aūt
quod ait, non sic erit inter vos, nisi nō eodē modo fieri con
uenit inter Christianos: inter quos prīcipatus administra
tio est, non imperiū, & regnū beneficium est, non tyrānis.

Neq; vero sic ipse sibi palpet princeps, hæc ad ep̄os per-
tinent nō ad me. Imo ad te pertinent. si mō Christianus es,
si Christianꝰ nō es nihil ad te ptinent. Neq; vero te moueat
si forte cōspexeris ep̄os aliquot ab hac imagine pcul abesse
Quid agant illi, viderint ipsi, tu quid te dignum sit cogita.

Nemo bonus collatione peiorum. Noli teipsum principem bonum existimare, si collatus
cum aliis minus malus appareas. Neq; stati licere putes qc/
quid prīcipum vulgus factitat. Ad honesti regulam temet
ipsum exige, hinc te æstima. Et si nemo fuerit quem vincas
ipse certato tecū, qn̄ quidē istud est certamē oīm pulcherri/
mum & vere inuicto principe dignum: si cotidie nitatur se
ipso melior euadere.

Si fœdum est tyranni nomen, seu potius studium, nihilo fiet honesti⁹: si cum multis fuerit commune. Siquidem in rebus ipsis vis honesti sita est, nõ in hominum numero.

Grauiter a Seneca scriptũ ẽ, eodẽ loco quo ponim⁹ latrones ac pyratas, ponẽdos esse reges, latronũ ac piratarꝫ habẽtes aĩm. Hic eñi solus regẽ a tyranno distinguit non titul⁹. Seneca

Refert ĩ libris Politicis Aristoteles, in nõnullis Oligarchiis hũc fuisse morẽ, vt ĩituri mgr̃atũ, cõceptis verbis iurarẽt ĩ hũc modũ. Plebẽ odio ꝑsequar, & pro virili adnitar vt illi sit male. At princeps initurus magistratus longe diuersa iurat suis. Et tamen audimus quosdam tales esse erga populum, quasi iuxta morem illum barbaricum iurassent, se populi rebus modis omnibus hostes fore. Barbaricus mos.

Plane tyrãnidẽ sapit, quoties tũ optĩe est prĩcipi, quoties pplo ẽ pessime, & alteri⁹ fœlicitas ex alteri⁹ crescit calamitate. Perinde quasi paterfamilias id agat vt suorum malis ipse ditior reddatur ac potentior.

Qui sibi principis titulum volet asserere, & inuisum tyrãni nomẽ cupiet effugere, nõ terrorib⁹ ac minis, sed bñfactis id sibi vĩdicet oportet. Neqꝫ eĩ refert vl'ab assentatorib⁹, vl'ab oppssis appellari prĩcipẽ, appellari prẽm patriæ, si re ipa fuerit tyrãn⁹. Et si maxĩe illi adulẽt sua etas, at nõ assẽtabit posteritas. Vides formidabiliũ olĩ regũ, quos viuos nẽo vl'nutu audebat offender, quãto odio posteri celebrẽt malefacta, quanta libertate detestentur ipsa etiam noĩa.

Bonus princeps non alio animo debet esse in suos ciues q̃ bonus paterfamilias in suos domesticos. Quid enim aliud est regnum q̃ magna familia? Quid rex nisi plurimorum pater? Excellit enim, sed tamem eiusdem est generis, homo hominibus, liber liberis imperans non beluis, vt recte prodidit Aristoteles. Quod quidem intellexisse videntur & vetustissimi poetæ: qui Iouem cui totius mundi & deorum vt illi loquuntur, omnium tribuunt imperium subĩde notant his verbis πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε id est pater Princeps magne familie pat.

hoīmq; deūq;. Et nos sic a Christo præceptore docti: deum oīm haud dubie principē, patris vocabulo compellamus.

Tyranni epitheta ex homero

Quid autem fœdius aut execrabilius illa compellatione: quam apud Homerum Achilles opinor, iacit in principem sibi gerentē imperiū non populo δημοβόρος βασιλεύς. Nihil enim reperit iratus ille, quod probrosius diceret: in eum quem imperio iudicabat indignum: nisi quod populum deuoraret. At idem Homerus, si quem regem honoris gratia nominat ποιμένα λαῶν solet appellare, hoc est populi pastorem. Plurimum autem interest inter pastorem & prædonem. Quanam igitur fronte sibi prīcipis titulū vindicant, qui paucos & eos sceleratissimos e suorum numero deligunt, per quos arte repertis prætextibus, & subinde nouatis titulis, populi vires simul & opes exhauriunt & in suum conuertunt fiscum, siue quod inclementer extorserunt, aut prodigunt nequiter in voluptatibus, aut insumunt crudeliter in bellis, & vt quisq; in his maxime veteratorem agere potest, ita plurimi faciunt. Perinde quasi Prīceps hostis sit populi, non pater, vt is præcipue videat̄ prīcipis reb9 cōsulere, q populi cōmodis q̄ maxime officiat.

Principis diuicie penes ciues sunt.

Vt paterfamilias suis bonis accreuisse putat, quicquid vlli suorum obtigerit emolumenti, ita qui vere Principis animo præditus est, in suo fisco putat esse, quicquid vsquā ciues possident, quos sic habet sibi charitate deuinctos ac deditos: vt nihil vereantur, vel vitam impendere principi suo/non modo pecuniam.

Epitheta boni principis ex Iulio polluce.

Operæ precium fuerit audire, quibus epithetis Iulius Pollux Commodo Cæsari, cuius pueritiā instituerat, regē signarit ac tyrannum. Etenim cum regem statim diis subiecisset, veluti proximū ac simillimū περὶ βασιλέως inquit, ἐπαίνων λέγε, πατὴρ, ἤπιος, πρᾶος, ἥμερος, προνοητικὸς ἐπιεικὴς, φιλάνθρωπος, μεγαλόφρων, ἐλεύθερος, χρημάτων κρείττων, ἔξω παθῶν, ἑαυτοῦ κρατῶν, ἄρχων ἡδονῶν, λογισμῷ χρώμενος, ὀξὺς, ἀγχίνους, περιεσκεμμένος, εὔβουλος, δίκαιος, σώφρων, θεῶν ἐπιμελητὴς, ἀνθρώ-

τῶν κηδεμὼν, στάσιμος, βέβαιος, ἀνεξαπάτητος, μεγαλογνώμων, ἰσχυρογνώμων, ἐνεργός, τελεσιουργός, φροντιστὴς τῶν ἀρχομένων, σωτὴρ, πρόχειρος εἰς εὐεργεσίαν, βραδὺς εἰς τιμωρίαν, ἀσφαλὴς, ἀπλανὴς, ἀκριβέστερος πρὸς τὸ δίκης ζυγοῦ, εὐπρόσοδος, εὐπροσήγορος, εὐέντευκτος, μειλίχιος, προσηνὴς, ἐπιμελητὴς τῶν ὑπηκόων, φιλοστρατιώτης, πολεμικὸς μὲν, οὐ φιλοπόλεμος δὲ, εἰρηνικὸς, εἰρηνοποιός, εἰρηνοφύλαξ, παιδευτικός, ἀρχηγός, καὶ ἀρχικός, νομοθετικός, εὐποιεῖν πεφυκὼς, θεοειδής. πολλὰ δὲ ἐστὶν ἃ λόγῳ τίς ἂν εἰπεῖν ἔχοι καὶ οὐκ ὀνόματι.

Ea tametsi latinus sermo commodo non possit reddere, ob græcæ linguæ proprietatē, tamen in hoc certe vertemꝰ quo queant intelligi. Regem laudato his titulis. Pater, mitis, placidus, lenis, prouidus, æquus, humanus, magnanimus, liber, pecuniæ contemptor: haud obnoxius affectibꝰ sibiipsi imperans: dominans voluptatibus, ratione vtens, acri iudicio, perspicax: circūspectus, valens cōsilio: iustus: sobrius, numinum curā agens: hominū negocia curans, stabilis, firmus, infallibilis, magna cogitās, authoritate ꝑditꝰ, īdustrius, cōfector negocioꝝ, sollicitus ꝓ his qbꝰ imperat: seruator, promptus ad beneficētiā, lentus ad vindictā: certus, constans, inflexibilis, propensior ad iusticiā: facilis adītu, comis in congressu, commodus alloqui volentibus, blādus, expositus, curam agens suo parentiū imperio: amans militum suorum, qui strennue qdem bellum gerat, sed qui bellum non affectet, pacis amans: pacis conciliator, pacis tenax, appositus ad emendandos populi mores, qui ducem agere norit ac Principem, qui leges salutares sciat condere, natus ad benemerendum, diuina spetie. Sunt autem multa quæ oratione dici possint, singulis vocabulis explicari nō possint. Hactenus Pollucis sententiam expressimus. Iam si ethnicꝰ moderator eiusmodi prīcipē deformauit ethnico q̃to sanctius simulacrū ꝓponi cōuenit prīcipi Christiano?

Nunc quibus coloribus tyrannum expresserit attende.

λέγων ἂν ἐρεῖς, τυραννικός, ὠμός, θηριώδης, βίαιος, πλεονεκτικός, ἐν

λοχρήματος, καὶ τὸ τοῦ πλάτωνος, ἐρασιχρήματος ἅρπαξ, καὶ τὸ τοῦ ὁμήρου, δημοβόρος, ὑπερόπτης, ὑπερήφανος, δυσπρόσιτος, δυσπρόσοδος, δυσπροσήγορος, δυσέντευκτος, δυσόργητος, δύσθυμος, ἔμπληκτος ταραχώδης, ἡδονῶν ἥττων, ἀκρατὴς, ἀκεράτως, ἀλόγιστος, μισάνθρωπος. ἄδικος, ἄβουλος, ἄνισος, ἀνόσιος, νοῦ κενός, εὔκολος, εὐμετάβολος, εὐεξαπάτητος, ῥᾴδιος, ἀνήμερος, ἐπιθυμίαις ἐνδιδοὺς, ἀκόλαστος, ὑβριστὴς, πολεμοποιὸς, βαρὺς. ἐπαχθὴς. ἀκάθεκτος. ἀφόρητος

Quorũ verborũ hæc ferme sñia est. Malũ prĩcipẽ vitupabis ad hũc modũ. Tyrãnicus, crudelis, efferus, violẽt9: occupator alieni, auid9 pecuniarũ: & qđ verbũ est apud Platonẽ, pecuniarũ cupiẽs, rapax, & qđ dixit Homer9: pp̃li deuorator: supb9/elat9, difficilis aditu, incõmod9 ad cõueniẽdũ, durus ad cõgressũ, incomis ad colloqũ, male iracũdus, irritabilis, terribilis, turbulẽtus, voluptatũ seru9, intẽperãs, ĩmoderatus, incõsyderatus, inhumanus, iniustus, incõsultus, iniqu9 impius: mẽte carẽs: leuis, incõstãs, & q̃ facile decipiat: male facilis: ĩmitis: affectib9 dedit9: incorrigibilis, cõtumeliosus bellorũ author, grauis: molest9, incohercibilis, intolerabilis

Nihil inuisius deo q̃ malus princeps.

Cum deus lõgissime absit a natura tyranni, verisimillimum est: illi nihil ĩuisius esse pestilẽte rege, & cum nulla belua nocentior sit tyranno: cõsentaneũ est nihil inuisius esse mortalibus omnibus, q̃ malũ principem. Quis autem vel viuere cupiat, superis & hominibus pariter exosus & execratus? Proĩde Octauius Augustus, vbi sensisset caput suũ crebris coniurationibus peti, & alia oppressa, protinus alia succederet, negauit tanti esse viuere, vt omnibus inuisus: incolumitatem suam tot ciuium sanguine tueretur.

Tyrãnis nulla fuit diuturna.

Proinde regnum: quod virtute administrat̃ ac beneuolentia, nõ solũ qetius est ac iucundius, verũ etiã diuturnius ac stabilius. Id quod ex veterũ annalibus facile poteris cognoscere. Nulla tyrannis tam munita fuit, quæ diu constiterit. At quoties reipublicæ status in tyrannidem degenerauit: toties in exitium properasse compertum est.

Multos timeat oportet, q̃ timetur ab oĩbus. Et tutus esse

nō potest, quem maxima pars hominum cupiat extinctū.

Olim qui bene gessissent imperiū, iis diuini decernebāt honores. at ī tyrānos, ea lex erat: q̄ nūc est ī lupos aut vrsos vt p̄miū eēt ex publico, q publicū hostē e medio sustulisset.

Diuini honores bonis regib⁹ habiti.

Primitus reges non ob aliud constituti sunt, populi cōsensu, q̄ ob eximiam virtutē: quam heroicam vocāt, velut diuinæ p̄ximā & humana maiorem. Originis igitur suæ principes meminerint oportet: illud intelligētes, sene principes quidē esse, si eo caruerint: quod primū Pricipes fecit.

Virtus p̄mus reges fecit.

Cū multæ sint formæ rerū publicarū, philosophorum oīm ferme cōsensus est: saluberrimā esse monarchiam, nimirum ad exemplar dei, vt rerum summa penes vnum sit, verū ita, si is ad imaginē dei, sapiētia bonitateq̄ cæteris oībus antecellat, & nullius indigēs, nihil aliud studeat, q̄ prodesse reipublicæ. Quod si secus fuerit pessim⁹ reipublicæ status sit oportet, vt qui pugnet cum eo qui est optimus.

Monarchia

Si princeps contingat omnibus absolutus virtutibus: optanda sit pura ac simplex monarchia, verum quando id haud scio an vnq̄ contingat, quin potius magnum & exoptandum si detur mediocris, vt nūc sunt res hominum præstiterit monarchiam. Aristocratiæ & Democratiæ admixtam temperari diluiq̄, ne quando in tyrannidem erumpat: sed quemadmodū elementa vicissim sese librant: ita simili moderamine consistat respublica. Quod si Princeps bene velit reipublice: sic interpretabitur: suā potestatē hac ratione nō coherceri sed adiuuari: sin minus: tanto magis expedit: vt sit quod vnius violentiam frangat ac retundat.

Monarchia temperata.

Cum multa sint dominandi genera, hominis in beluas: heri in seruos, patris in liberos: mariti in vxorem. Regiam dominationem omnium excellentissimam indicat Aristoteles: eamq̄ maxime diuinam appellat: quod ea res: quiddam homine maius habere videatur. Quod si diuinum est agere regem: profecto tyrannum agere. nihil aliud sit oportet: q̄ eius vicem agere, qui deo dissimillimus est.

Ex Arist. Seruus seruo præstantior, vt habet prouerbiũ, vt dominus domino potior, quod alia sit ars alia pclarior, alia functio alia melior. At principem in optimo sapientiæ genere oportet præcellere. Ea est ratio recte administrandi rẽp.

Domini est iubere, serui parere. Tyrannus iubet quicqd lubuit: prĩceps, quod reipublice iudicarit optimum. Qui nam igitur iubebit, is qui quid sit optimum ignoret? imo qui pessima, p optĩs habeat: vel ĩscitia vel affectib9 excecat9.

Vt oculi est videre: aurium audire: narium olfacere: ita principis est populi rebus consulere. At non potest alia re consulere, q̃ sapientia, ea si careat princeps, non magis consulet reipublice, q̃ oculus videbit excecatus.

Xenophõ us semẽt. Xenophon in œconomico libello scribit, diuinum potiusq̃ humanum imperare liberis ac volentibus: sordidum enim imperare mutis animantibus, aut coactis mancipiis. At homo diuinum est animal, ac bis liberum, primum natura, deinde legibus. Ideoq̃ summæ virtutis est ac plane diuine regere, sic temperare imperium, vt beneficium sentiat populus, seruitutem non sentiat.

Caue solum eos tuos esse putes: quorum opera in popinis, in venatu, ĩ domesticis vteris ministeriis: cum sæpenumero nulli minus sint tui: sed vniuersos ciues ex æquo tuos esse ducito. Quorum si quis omnino delectus sit: eum tibi proximum & coniunctissimum habeto, qui vir sit optimus: qui patrie: qui reipublice amantissimus. Cum vises vrbes tuorum: nolito sic tecum cogitare: Tantarũ rerũ dñs sum: hæc omnia mei sunt arbitrii: in hæc enim licet quicquid libet. Si vero quod bono principi dignum est cogitare voles: ad hũc excogitato modũ: Hæc meæ credita sunt fidei. Vigilandũ igitur: quo meliora reddam q̃ acceperim.

Cum innumeram tuorum multitudinem conspexeris: caue sic cogites, tam multos habeo seruos: sed tot hominũ milia de mea pendent sollicitudine: vni mihi se suaq̃ tuẽda crediderunt: me veluti parentem spectant, tot milibus pro

desse possum: si meipsum bonum præstitero principem. plurimum nocere: si malum. An non igitur magnopere curãdum ne sim improbus: ne tã multis noceam mortalib9?

Cogitato semper dominium: imperium: regnum: maiestatem: potẽtiam: ethnicorum esse vocabula nõ christianorum: Christianum imperium nihil aliud esse q̃ administrationem: q̃ beneficentiam: q̃ custodiam.

Quod si hæc quoq; vocabula te delectãt: at illud memineris, facito quod ab æthnicis quoq; philosophis & perspectum & proditum est: non aliud esse imperium pricipis in populum. q̃ quale est animi in corpus. Dominatur animus corpori, quod magis sapiat q̃ corpus, sed dominatur magno corporis commodo, potius q̃ suo, & animum regnare in corpore fœlicitas est corporis. *Animus ĩ corpore.*

Quod cor est in corpore animantis, id est princeps in republica. Si cor syncerum ẽ, quoniam sanguinis spirituum fons est: vitam impartit vniuerso corpori: sin viciatum fuerit, exitiũ adfert mẽbris oĩb9. Verũ vt ea pars ĩ corpore animãtis oĩm postrẽa solet corrũpi, & ĩ hac extremas vitæ reliquias superesse putãt, ita decet prĩcipẽ: si quis morbus corruperit populũ, ab omni stulticiæ lue, q̃ integerrimum esse *Cor in mẽbris.*

Vt in homine quod præstantius est imperat, nimirum animus. Rursum in animo quæ pars est optima, ea præsidet, nempe ratio. Et quod dominatur in vniuerso, id omnium est optimũ nẽpe deus. Ita quisquis in republica tanq̃ in magno corpore impãdi parteis occupauit, eũ oportet bonitate, sapiã, vigilãtiaq; cæteros añire. Et quãto magistrat9 añcellũt plebi, tãto prĩceps antecedere debet magistratus. *Similitudines principis.*

Si quid inest animo mali, id a corporis contagio proficiscitur, quod affectib9 est obnoxium. Quicquid autem habet corpus boni, id ab animo scatet, velut a fonte. Vt autẽ præposterum sit ac præter naturam, si mala ab animo manent in corpus, & corporis bona animi vicio corrumpantˉ Ita vehementer absurdũ fuerit, si bella seditiones corrupti

mores, praue leges, corrupti magistratus, & id genus aliæ reipublicæ pestes, ab ipsis pricipibus exoriantur: quorum sapientia componi decebat motus stulticia plebis coortos At sepe numero videmus ciuitates populi industria bene constitutas ac florentes, principum euerti culpa.

Princeps pater non dominus.

Quam nõ christianũ est domini titulo sibi placere, quẽ non pauci a Christo alieni refugerũt: & quod esse cupiebãt ꝓpter ambitionẽ: dici nolebant ob inuidiam! At Christianꝰ priceps idem esse sibi phas putabit, vocari magnificum!

Octauius Augustus: q̃uis scelere occuparat imperium: contumeliæ loco ducebat vocari dominum: & hanc appellationem a mimo delatam, coram vniuerso populo, vultu simul & voce rennuit, velut eo vocabulo tyrannis exprobraretur. Et hanc hominis ethnici modestiam, non imitabitur Princeps christianus!

Prouerb.

Si dominus es tuorum omnium, illi tibi serui sint necesse est, Proinde videndnm est, ne iuxta vetus prouerbium: quot habes seruos, totidem habeas & hostes.

Princeps liberis imperat.

Cum natura genuerit omneis homines liberos, & præter naturam inducta sit seruitus, quod ethnicorum etiam leges fatentur, cogita q̃ nõ conueniat. Christianum in christiãos vsurpare dominium, quos nec leges seruos esse voluerunt, & Christus ab omni seruitute redemit. Siquidem Paulus Onesimum seruum natum, a baptismo fratrem prioris heri Philemonis appellat.

Quã absurdum est eos pro seruis habere, quos Christus eodẽ redẽptos sanguine, ĩ cõem asseruit libertatẽ, quos iisdẽ tecũ alit sacramentis, quos ad eandẽ immortalitatis vocauit hereditatẽ, & iis seruitutis iugum inducere, qui cõem tecum habent dominum, ac Principem Iesum Christum!

Chistus absolutuz exemplar.

Cum Christianorum vnus sit dominus, cur qui huius gerunt vices, abs quouis malunt administrãdi formam petere, q̃ ab hoc, qui solus est totus imitãdus. Ab aliis decerpere licet, si quid forte virtutis admixtum habent. At in hoc

absolutum est omnis virtutis ac sapientie exēplar. Ea quidem stulticia videtur, sed infidelib⁹, nobis si vere fideles sumus, dei virtus est, & dei sapientia.

Iam nolim te sic tecum cogitare. At istud seruire nō est regnare. Imo hoc est pulcherrimum regnādi genus, nisi forte deum seruire existimas, qui mundum hunc gratis administrat, cuius beneficium experiūtur omnia, cum ad illum nihil redeat præmii, nisi animus seruire videtur, qui cum corpore nō egeat, tāto studio cōsulit illius cōmodis, nisi oculus cæteris mēbris seruire putādus ē, qd oīb⁹ prospiciat.

A fictione argumētū

Rem ita tecū expēdas licebit, si quis omneis hoīes quos tuos vocas, Circes arte vertat in sues aut asinos, nōne dices deterius factum tuum imperiū? Dices opinor. At qui plus iuris est in sues aut asinos q̄ in homines, licet quo lubet agere, licet distrahere, licet interimere. Proinde deterius fecerit imperium, qui liberos ciues verterit in mancipia. Quo præstantius est, in quod geris imperium, hoc magnificentius ac splēdidius regnas. Consulit igitur tuæ maiestati, qui ciuium libertatem ac dignitatem tuetur.

Deus liberis imperarī voluit

Deus ipse, ne coactis imperet, & augelis & hominibus liberum dedit arbitrium, quo splendidius & augustius redderet imperiū suum. Et quisq̄ hoc nomine sibi magnus videtur quod metu adactis ciuibus, ceu pecudibus imperet!

Ne te fugiat, quicquid ī euāgelicis aut apostolicis literis de tolerandis dominis, de parendo præfectis, de honorandis regibus, de pendendo tributo dictum est, id ad æthnicos principes esse referendum: quod ea tempestate nondū essent principes vlli Christiani. Tolerari iubet impios magistratus: ne quid perturbetur ordo ciuitatis: modo suo fungantur officio: modo ne imperent impia. Honorem exigit æthnicus princeps: Paulus honorem iubet dependi, vectigal exigit: vult solui vectigal. tributum exigit: iubet dari tributum. Nihilo enim deterior fit his rebus ho

mo Christianus,& illi suum quoddam habẽt ius,neq; sunt per occasionem irritandi. At quid de Christianis addit? Vos inquit inter vos nemini quicq̃ debeatis, nisi vt inuicem diligatis? Alioqui num ideo Christus debebat Cæsari tributum,quia legitur soluisse didrachmum?

Ius Cesaris ex euãgelio.

Idem in euangelio cum insidiose rogaretur: num gens vt tum putabatur deo dicata,censum deberet Cæsari,nomisma iubet exhiberi,exhibitũ non agnoscit,& velut ignarus: cuius sit imago & inscriptio sciscitatur: cum respõsum esset Cæsaris esse,maliciose tentantibus ambigue respondit. Date Cæsari quæ sũt Cæsaris: quæ dei sunt deo,simul eludens insidiosam quæstionẽ, & per occasionẽ ad dei pietatem inuitãs,cui debemus oĩa. Perinde quasi dixisset,Cæsari quem ignoro quid debeatis vos videritis. Illud potius spectate: quid debeatis deo,cuius negociũ ago,nõ Cæsaris

Verũ ius principis.

Ne vero inter hæc cuiq̃ obrepat huiusmodi cogitatio, Quid igitur principi suum ius adimis: & plus tribuis ethnico q̃ christiano? Imo Principi christiano suum ius vindico. Ius est ethnico Principi suos metu premere,ad seruiles operas adigere,exigere possessiõib9,expilare bonis: deniq; martyres facere: ius est ethnici prĩcipis. Nũ idẽ vis esse christiano? Aut ius illi9 ĩminutũ videbit̃,si min9 hæc illi liceãt?

Non perit suum ius ei qui Christiane gerit imperiũ: sed aliter possidet,& quidẽ multo tum preclarius tũ tutius. Id ita esse,his argumentis colligas licebit. Primũ tui non sunt quos seruitio premis/consensus enim principẽ facit. Verũ ii demum vere tui sunt,qui sponte ac volentes tibi parent. Deinde cum metu adactos possides,ne dimidiatos quidẽ possides,corporum potiris,animi abs te sunt alieni. Cæterum cum christiana charitas conciliat populũ ac Principẽ ibi tua sunt omnia,quoties res postulat. Non enim postulat bonus Princeps,nisi cũ vtilitas patriæ flagitat. Rursus vbi dñium est nõ beneuolẽtia,q̃tumuis multum exigatur. certe minus habet princeps,q̃ cum nihil non habet. Nemo

plus impetrat,q̃ qui nihil imperat, sed promeretur.

Ad hæc honos qui tyranno exhibetur,ne honos quidẽ est: sed aut adulatio: aut simulatio, nec obsequium sed seruitus: nec splendor est verus: quem ostentat, sed fastus, nec potentia, sed vis, quæ cũcta veris nominibus possidet, qui Christianum agit Principem. Nemini plus defertur honoris, q̃ qui non exigit honorem, nulli libentius obsequuntur homines, q̃ qui non requirit obsequium, in neminem libentius effundunt suas opes, q̃ in eum cui commissas sciunt ad publicam vtilitatem cum fœnore reddituras. Verus honos.

Est mutuum inter Principem ac populum commerciũ, tibi populus censum debet, debet obsequm, debet honorẽ, sed tu vicissim populo debes bonũ ac vigilãtem Principẽ: cum exigis vectigal a tuis veluti debitum, fac prius excutias temetipsum: num illis officii tui vectigal persolueris. Mutuum ius populi ac p̃ncipis

Aristoteles negat dominii rationem esse sitam in possidendo, sed magis in hoc vt vtare seruis. Atqui multo minus principatus positus est in titulis & imaginibus, in exigendo censu, sed in consulendo. Ex Aristotelis politicis

Cum respublica corpus quoddam sit ex variis mẽbris compactum: in quorũ numero sit & princeps ipse licet eximium, ea moderatione conueniet vti, vt omnibus bene sit: non vt attenuatis cæteris vnum aut alterum vegetum ac saginatum euadat. Quod si princeps reip. malis gaudet & alitur, neq; pars est reipublicæ: neq; Princeps, sed prædo.

Prodidit Aristoteles seruum viuam esse dñi portionem si modo is verus sit dñs. Est autem & amicitia parti cum toto: & vtilitas vtriq; ex altero. Id si verum est inter herum & mancipium de lapide (vt aiunt) emptum, quanto magis: inter plæbem Christianam & Principem Christianum.

Princeps qui nihil aliud cogitat, nihil aliud agit: nisi vt q̃plurimũ pecuniarum a ciuibus extorqueat, vt nummorũ vim quantam potest maximam irretiat legibus, vt q̃plurimo vendat magistratus & officia, queso vtrum is Prĩceps

dicendus est, an negociator, an vt verius dicam prædo?

Se ledit princeps cum populi res ledit

Crœsus cum videret vrbe capta: Cyri milites magno tumultu discursantes rogabat, quidnam facerent. Cui respõdenti facere eos: quod victor exercitus solet: diripere bona ciuium, quid inquit audio? An non hæc iam tua sunt, qui me vicisti? Cur igitur isti tua populantur? Hac voce monitus Cyrus, militem a direptione cohercuit. Eandem oportebit semper obuersari principis animo. Hæc quæ extorquentur mea sunt. Hi qui spoliantur & atteruntur mei sũt Quicquid in hos pecco, in meipsum pecco.

Fac ita geras imperium: vt facile gesti queas reddere rationem, quam si nemo exacturus est, hoc magis etiam a temetipso debes exigere. Futurum est enim, idq; breui, vt is abs te rationem exigat: apud quem nihil tibi profuerit prĩcipem fuisse, nisi quod tanto rigidiorem habiturus es iudicem, quanto grandior potestas tibi fuerit cõmissa. Vt vn9 sis totius orbis monarcha, hunc exactorem, nec fallere poteris: nec effugere, nec terrere: nec corrumpere.

Posteaq̃ te semel reipublicæ dedicasti, iam non est tibi liberum tuo more viuere, personam quam suscepisti: sustineas, ac tuearis oportet.

Nullus ad Olympicum certamen accedit, nisi prius secum expenderit, quid eius certaminis lex postulet. Neq; queritur sibi molestum esse solem, aut puluerem: aut sudorem, aut si quid est aliud huius generis, quãdoquidem hæc omnia cum ipsa ludi ratione coniuncta sunt. Ita qui suscipit imperium, prius suo cum animo debet expendere, quas res principis officium exigat. Consulendum alienis commodis, propria negligenda. Vigilandum, vt aliis dormire liceat. Laborandum, vt aliis liceat ociari. Summa præstanda morum integritas/cum in aliis mediocris innocentia satisfaciat. Priuatis affectibus omnibus exuendus est anim9 & publicum gerẽti negociũ nihil nisi de publico cogitãdũ Benefaciendũ etiã ingratis, etiã nõ intelligẽtib9: etiã inuitis

Officium principis.

Hæc si nõ placet, cur ad imperii mun⁹ accedis, aut cur forte traditũ nõ cedis alteri: Qđ si nõ licet, certe in hmõi quẽpiã reiice functionẽ, cuiusmodi teipsum præstare oportebat.

Apud græcos sapientissime dixit sapiens quidam, quæ præclara sunt, eadem esse difficilia. Proinde meminisse oportet: præstare bonum principẽ, rem quidẽ esse omnium multo pulcherrimam, sed eandem omnium longe difficillimam. Neq; quicq̃ te moueat si temporibus his quosdam videris principes, ita viuẽtes vt difficilius sit agere patrem familias, q̃ eiusmodi principẽ: nec oĩno temere dictũ videatur veteri prouerbio, aut regem aut fatuum nasci oportuit. Difficillimum sed pulcherrimum bene imperare.

Cum igitur cæteri mortales artem quã profiteri parent prius adhibito studio discant, quanto maiori cura principem oportet administrandi rationem prædiscere? Ac cætere quidem artes quatuor rebus potissimum constant natura, præceptis, exemplis, & vsu. In Principe lene ac mansuetum ingenium requirit Plato. nam acres & cõcitatos vt ad disciplinas quidem idoneos fatetur, ita ad rempublicam administrandam accommodos negat. Sunt naturæ vitia, quæ institutione curaq; corrigi queant. At possit obtingere ingeniũ vel adeo stupidũ: vel ita ferox ac violentũ: vt ĩ hoc formãdo frustra qs sumpserit operã. Neronis natura corruptior erat, q̃ vt sanctissimus ille præceptor Seneca potuerit efficere, quo min⁹ pestilentissimus euaderet prĩceps. Prius discendum imperare q̃ ĩperes.

Præcepta statim vt diximus instillanda sunt, eaq; digna vero principe, & certa, & ob hanc causam Plato voluit sero dialecticen attingi a custodibus, quod hæc in vtramq; partem differat, & minus firmas reddat de honesto aut inhonesto opiniones. Exẽplũ administrandi potissimũ ab ipso deo petendũ: & ab homine deoq; Christo: e cuius dogmatis, præcepta quoq; sumẽda erunt potissimũ. Exercitatio: quæ postrema pars est: non perinde tuta est in principe: nihil enim magni si citharas aliquot obterat: qui studet bonus esse citharœdus. At graue fuerit affligi remp. dũ prin-

ceps discit administrare remp. Assuescat quidem igitur iã inde a puero: sed quo melius iudicet, instructus decretis, assidere consultationibus, interesse iudiciis, abesse creandis magistratib9, audire regum postulationes, verum ne quid statuat, nisi multorum iudicio comprobatum, donec ætas & vsus rerum certius iudicium pararit.

Vigilantia principis.

Si vere dixit Homerus, non esse principis solidam dormire noctem, cui tot hominum milia, cui tantæ negotiorũ moles commissæ sunt, si non sine iudicio talẽ Aeneã suum fingit Virgilius. vnde queso principi sit ocium, totos fallẽdi dies, imo perdendi maximam vitæ partem alea, choreis, venatibus, morionibus, & his etiam nugatioribus nugis!

Subuertitur respublica factionibus: bellis affligitur: latrociniorum plena sunt omnia: expilatiõibus immodicis plebes ad famem & laqueum adigitur. Opprimuntur ab ĩiquis proceribus tenues: corrupti magistratus, non quod ius est, sed quod libet faciunt, & inter hæc velut ociosus: tũ alea ludit princeps.

Nõ licet dormitabundũ esse: qui clauo assidet: & in tantis rerum periculis stertit princeps! Nullum mare tam graues habet tempestates vnq̃: q̃ omne regnum assidue. Semp itaq; principi vigilandũ est: ne quid erret: qui non nisi plurimorum pernicie delinquit.

Magnitudo nauis, aut merciũ precia: aut vectorum numerus: haud facit elatiorem bonum nauclerum: sed attentiorem. Ita bonus rex: quo pluribus imperat, hoc vigilantior esse debet: non insolentior.

Si cogitaris: quantam sustineas prouinciam: nunq̃ deerit quod agas. Si consueris publicis delectari cõmodis, nũq̃ deerit quo oblectes animum: vt iam bono principi non vacet ineptis voluptatibus ocii tœdium fallere.

Quod a sapientissimis viris præceptum est: optimã vitæ rationem esse deligendam: nõ iucundissimam, quod ea quæ sunt optima: consuetudo deniq; soleat iucunda red-

dere, id principi cum primis est faciendum.

Si pictor ex tabula belle confecta voluptatem capit: si agricola: si olitor: si faber suis fruitur laboribus: quid principi debet esse iucundius: q̄ si contempletur rempublicam sua opera redditam meliorem ac floretiorem?

Vt negari nemo potest: operosam esse rem bonum agere principem: ita multo est operosius malum agere principem. Longe minus habent negocii: quæ naturam & honesti rationem sequuntur: q̄ quæ fucis & arte constant.

Cum apud te recoles: hoc bellum prudēter effugi: bene seditionem illam q̄ minimo sanguine compescui: illo viro ad magistratū ascito: probe consului reipublice: meoq; nomini: si vere princeps es: mirum ni ingentem animo sentis voluptatem. Atq; ea demū voluptas Christiano digna est prīcipe huius materiam ipse tibi cotidie benefactis suppedita: plebeias illas oblectatiunculas: vili popello relinque. Voluptates prīcipis que.

Laudatur ab oībus Solomon, cui cum integrum esset optare quicquid vellet: protinus accepturus: quicquid petisset: non optarit opum vim: non totius orbis imperium nō exitium inimicorum: non insignem famæ gloriam: nō voluptates: sed sapientiam: neq; quāuis sapiētiam: sed eam qua posset regnum sibi creditum cum laude administrare. E diuerso damnatur ab omnibus Mida, cui nihil auro fuerit antiquius. At cur aliud in historiis, aliud in vita iudicium? Optamus prīcipi fœlicitatem, optamus victoriam: optamus laudem, optamus longæuitatem, optamus opulētiam. Si vere diligimus principem, quin illud potius optamus, quod vnum sibi optauit Solomon? Et ne stulte videatur optasse, hoc nomine laudatus est a deo. Cur nihil minus ad rem pertinere iudicamus, quam id quod solum ad rem pertinet? Immo non desunt qui credant hoc ipsum ad imperii functionem officere si sapiat princeps. Languescit inquiunt animi vis, & redditur timidior. At ista temeritas est, non audacia, stupor, nō animi vigor, ob hoc nihil Diuersū Mide ac Solomonis votū.

timere, quod nihil iudices. Ex aliis fontibus petenda ē principis fortitudo. Ad istum modum plurimum audent iuuenes, sed plus etiam furiosi. Salutaris est timiditas: quæ dū periculum indicat, docet vitare, quæ a turpibus ac perniciosis institutis cohibet.

Plurimum perspiciat oportet, qui vnus prospicit omnibus: plurimum sapiat necesse est, qui solus consulit vniuersis. Quod deus in vniuerso, quod sol in mundo, quod oculus in corpore, hoc oportet esse principem in republica.

Aenigma regis

Prisci sapientes quibus mos erat hieroglyphis vti: rerū ænigmatis viuendi rationem adumbrātes: regis imaginē ad hunc repræsentabant modum: vt oculum pingerēt addito sceptro: vitæ rectitudinem: & animum nullis rationibus ab honesto deflectendum: cum prudentia vigilantiaq; summa coniunctum significantes.

Sceptrū regium

Alii regium sceptrum ad hunc modum effingebant: in summo erat ciconia pietatis symbolum: ī imo hippopotamus, animal efferum & noxium, illud videlicet intuentes: si quid in principe seuiant affectus efferi, quod genus: ira: vindictæ cupiditas: rapacitas: violentia: vt eos motus pietas in patriā vincat prematq;. Ad insolētiā fortunæ licētia rerūq; successus inuitat: sed plus valeat amor patriæ

Imago principis

Apud Thebanos inter sacras imagines visebantur olim authore Plutarcho: quæ sederent sine manibus: harū prima oculis etiam carente. Quod sedēt admonent magistratus ac iudices animo sedato esse oportere: nec vllis affectibus perturbato. Quod manibus carēt: innuit eos ab omni munerum corruptela puros & integros esse debere. Porro quod prīceps manibus quoq; caret: significat regem adeo non abduci muneribus ab honesto: vt nec vllius personæ tangatur respectu: quo tantū auribus rem accipiat.

Cultus & insignia principis

Quin & ipsis quibus ornatur insignibus philosophari discat. Quid indicat vnctio regia: nisi summam animi clemētiam? Quid capitis diadema: nisi numeris omnibus ab

ſolutam ſapientiam? Quid collo addita torques: niſi virtutum omnium concentum & harmoniam? Quid gemmarum multiplici colorum gratia nitentium lumina: niſi virtutum excellentiam: & quod quicquid honeſtum id in principe eximium eſſe oporteat? Quid ardens purpura, niſi vehemẽtem erga ciues charitatem? Quid inſignia, niſi vt maiorum ſuorum decora vel æquet vel ſuperet? Quid gladius prælatus, niſi huius præſidio patriam oportere tutã eſſe: tum ab hoſtibus tum a ſceleroſis?

Primum munus boni principis eſt: q̃ optima velle: proximum, quibus rationibus euitari aut tolli mala, contra bona parari, augeri, confirmariq́ poſſint perſpicere. In homine priuato fortaſſe ſatis eſt bona mens, cum & legibus admoneatur, & magiſtratus præſcribant, quid ſit agendum. At in principe parum eſt bona mente præditum eſſe, vt velit optima, niſi acceſſerit ſapientia, quæ commonſtret, quibus viis id quod cupit aſſequi queat. Bona mẽs coniuncta cum prudentia.

Quantulum intereſt inter ſtatuam marmoream, Crœſi aut Cyri inſcriptam titulo, diademate ſceptroq́ magnifice inſignitam, & prĩcipem ſine pectore? niſi quod illa nullius incõmodo ſtupet, hic magno reipublice malo ſtultus eſt.

Ne corporis aut fortunæ bonis temetipſum æſtimes: ſed aĩ Nec aliorum laudibus teipſum metiaris, ſed tuis ipſius factis.

Cum ſis princeps, videto ne quam admittas laudem, niſi dignam principe. Effert aliquis formam tuam, cogita ad iſtum modum laudari fœminas. Si quis admiratur facundiam, memineris iſtam ſophiſtarum ac rhetorum eſſe laudem. Si robur & corporis vires prædicat aliquis: ſcias ita laudandos athletas non principes. Proceritatem extollit aliquis, ſic tecum cogita, hic me recte laudarit, ſi quid ex alto foret detrahendum. Eſt qui diuitias tuas laudibus vehat: fac cogites ita laudari negociatores. Puta te nihil adhuc audiſſe dignũ prĩcipe, dũ audis iſtiuſmodi præconia. Quænã igitur propria principũ laus eſt? Nẽpe ſi a tergo pariter Laudes digne prĩcipe.

& a fronte sit oculatus βλέπων. vt inqt Homerus πρόσσω καὶ ὀπίσσω. hoc est si q̃plurimũ sapiat, præterita respiciens futura prospiciẽs, deĩde qcqd sapiat, patriæ sapiat nõ sibi, q̃q̃ nõ alia rõne sibi magis potest sapere: q̃ si patriæ sapiat.

Vt in medico: sic et ĩ principe tria requiruntur.

Si quis hoc pacto laudet medicũ. formosus est, robustus est, ac bonis lateribus, bene nũmatus est, bellus est aleator: scite saltat, belle canit, docte ludit pila, nõne ꝓtinus tecũ cogitabis quid hæc ad medicũ? At cũ audieris eadẽ a stultis laudatoribus, multo magis cogita, quid hæc ad prĩcipem.

In medico tria potissimũ requiruntur. Primũ vt calleat artẽ medendi, noritq́ corporũ & morborum vim, & quid cui malo debeat adhiberi. Proximũ, vt sit bonæ fidei, neq́ quicq̃ spectet præter ægrotantis salutẽ, nam multos ambitio, aut lucrũ huc adducit: vt venenum ministrẽt pro remedio. Tertium vt iustam curam ac diligentiam adhibeat.

Aristoteles in politicis suis, quid tandem exigit a principe vir ethnicus? num Nerei formam: aut Milonis vires, num Maximini proceritatem, num Tantali talenta? Nihil horum. Quid igitur? Summam & absolutam virtutem, in priuatis contentus mediocritate.

Nemo prĩceps bon⁹ nisi vir bonus

Si potes simul esse princeps & vir bonus, fungere pulcherrimo munere, sin minus, abiice principẽ potius, q̃ vt ea gratia vir malus fias. Virũ bonũ inuenire licet, qui bonum Principẽ non possit agere. At bonus princeps esse non põt qui non idem sit vir bonus. Quãq̃ nunc eo redierunt quorundam prĩcipum mores, vt hæc duo multum inter se pugnare videantur, vir bonus & princeps. Planeq́ stultum & ridendũ habeatur in principe boni viri facere mentionem

Regem agere nõ potes, nisi te ratio rexerit, hoc est nisi in oĩbus consilium ac iudicium sequaris nõ animi cupiditatẽ Nec aliis potes imperare: nisi prius ipse parueris honesto:

Voces indigne principe.

Absit procul ab animo principis vox illa plusq̃ tyrannica. Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. Ac multo magis illa: quæ iam ĩ publicam hominum execrationem

abiit. Oderint dũ metuant. Tyrãnicum imo fœmineũ est, animi libidinẽ seq, & pessim⁹ diuturnitatis custos est met⁹.

Sit hoc perpetuum principis decretũ, ledere neminem, prodesse oĩbus: præsertim suis, mala vel tolerare, vel mederi, prout iudicabit ĩ rem communem expedire. Qui hunc animũ nõ adfert ad rempublicam, tyrãnus est nõ princeps.

Si quis te pro principe tyrannum aut prædonem appellet, nonne vehementer commoueberis, & atrocia parabis supplicia? Et merito. Est enim atrox, nec vllo pacto ferenda contumelia. At illud mihi iam cogites velim, quãto contumeliosior est in seipsum, qui volens talis est, quam ille prædicat? Nam grauius est esse furem q̃ dici, & atrocius est vitiare virginem, q̃ vitium exprobrare.

Vt bene audias, id certissima consequeris via, si qualem te cupis prædicari, talem temetipsum exhibeas. Non est vera laus, quæ extorquetur metu, aut tribuitur ab adulatoribus. Et male agitur cum fama principis, si huius præsidium in silentio minis indicto situm est. Iam vt maxime tua sileat ætas, certe loquetur posteritas. Quãq̃ qs vnq̃ tã formidabilis fuit tyrãnus, vt oĩm linguas cohibere potuerit? Benefactis parat bona fama

In primis cauẽdum Christiano principi. quod grauiter a Seneca scriptum est: Inter eos qui reges appellantur, inueniri nonnullos cum quibus si conferas Phalaridem Dionysium, Polycratem, quorum & ipsa vocabula in omnium sæculorum abominationem abierunt indigni sint, qui tyranni vocentur. Neq; enim refert qua via, sed quo tendas. Qui ad commodum publicum spectat: rex est, qui ad suum: tyrannus. At quo tandem nomine censebimus istos qui suam fœlicitatem patriæ malis alunt: & re prædones agunt: nomine principes, sed falsissimo?

Plato vetuit legib⁹ suis, ne qs deũ vllius mali causam diceret, propterea quod natura bon⁹ sit ac beneficus. At prĩceps dei simulacrũ quoddã est, si vere prĩceps sit. Quantũ igitur abhorrẽt ab hoc exemplari, q̃ sic rem gerũt, vt qcq̃d

malorum in republica cooritur, id ipsorum vicio cooritũ?

Nec audiendus est, si quis hic forte clamitet adulator. At istud est principem in ordinem cogere. Imo qui principi licere vult, quod honestum non sit: is eum in ordinem cogit Quid enim est aliud principem ĩ ordinem cogere: q̃ talem reddere, quale est hominum vulgus? vt iræ, vt libidini, vt ambitioni, vt auariciæ seruiat? Indignum vero facinus & non ferẽdum si hoc non licet principi: quod non licet deo. Non postulat sibi licere deus, vt secus agat, q̃ honesti dictat ratio, quod si faceret, iam nec deus esset. Proinde qui principi licere vult, quod pugnet cum natura ac ratione principis. is demum illum principis honore spoliatum vnũquẽpiam e media plebe facit Non pudeat principem honesto parere, cui paret ipse deus. Neq; se putet minus esse principem, si ad summi principis imaginẽ pro virili accesserit.

Mire retortum argumentũ.

Hæc atq; huiusmodi boni principis semina statim inserant in rude pueri pectus hinc parentes, hinc nutrices, hĩc præceptor: hæc volens discat non coactus. Sic enim conuenit institui principem, qui liberis ac volentibus sit imperaturus. Discat amare virtutem: horrere turpitudinem: & ab inhonestis pudore non metu coherceatur. Et quanq̃ nõ nulla boni principis spes in emendatis moribus ac moderatis affectibus est sita, præcipua tamen est in rectis opinionibus. Nam mores malos aliquoties & pudor corrigit: deprauatos affectus vel ætas emendat vel admonitio. Cæterum vbi persuasum est, id cum virtute coniunctum esse, quod procul abest ab honesto, & id egregium esse principis munns, quod plusq̃ tyrannicum est: hoc est vbi fontes sunt infecti, a quibus omnes vitæ proficiscuntur actiones. tum difficillimum fuerit mederi. Proinde in hoc primam ac præcipuam esse curam oportet instituentis, sicuti dictũ est: vt prauas vulgi opiniones penitus ex animo reuellat si qui forte insederint, & salutares Christianoq; Principe dignas inserat.

¶DE ADVLATIONE VITANDA PRINCIPI.



At q̃ id fieri non poteſt, niſi modis oĩbus arceãtur aſſentatores, cui peſti maxĩe obnoxia eſt magnoꝝ principũ fœlicitas. Iã ipſa ætatis ſimplicitas huic malo ꝑcipue patet, partim quod naturæ propẽſione blandis magis gaudeat, q̃ veris, partĩ qđ ob rerum imperitiam, quo minus ſuſpicatur inſidias, hoc minus cauere nouit.

Et ne quis hoc ceu leue malũ exiſtimet negligendũ, ſciat florẽtiſſima ſummorũ regũ imperia, linguis adulatorum fuiſſe ſubuerſa. Nec vſq̃ graui tyrannide legimus oppreſſã remp. vbi nõ ꝑcipuæ partes tragœdiæ fuerint aſſentatorũ.

Perſpectum habebat hoc Diogenes ni fallor, q rogatus, quod eſſet animal omnium maxime noxium, ſi de feris inquit ſentis, tyrannus, ſi de cicuribus, adulator.

Habet hæc peſtis blandũ quoddam venenum, ſed adeo ꝑſentaneũ, vt olim hoc dementati principes orbis domitores, nequiſſimis palponibus ſeſe ludendos & equitandos permiſerint, & in omnium rerum dominos hi teterrimi homunculi libertini, nonnunq̃ & ſerui dominabantur.

Nutrices principis.

Primũ igitur prouidendũ erit, vt nutrices adhibeantur aut prſus imunes ab hoc morbo. aut certe q̃leuiſſime obnoxiæ. Nã ipſe ſexus ſolet huic malo peculiariter obnoxius eſſe, deinde plærunq; nutrices ĩ matrũ abeũt affect⁹, quarũ vulgus liberoꝝ ĩgenia ſæpenũero corrũpit ĩdulgẽtia, imo totũ hoc gen⁹ quoad fieri ꝑt arcẽdũ a futuro pricipe: natura pene ipa duob⁹ maxĩs affine malis, ſtulticiæ & adulatiõi

Sodales principis.

Proxima cura erit, vt ſodales adiungantur ingenio liberali, & alioqui in hoc formandi ab eo qui inſtituit, vt comes ſint citra adulationem, vt ita conſueſcant vrbane loq, ne quid tamen in gratiam fingãt aut mentiantur. Nam de præceptore deligendo: iam dictum eſt.

Neq; mediocre momentum eſt in miniſtris/qui frequẽ-

Ministri principis.

ter obsecundant cupiditatibus puerorum, vel ob stulticiã, vel quod hinc emolumenti nonnihil ad se rediturum sperent. Oportebit igitur hos quoad fieri potest cordatos, & integros, ad id muneris delegare: & insuper monitis ac minis ab assentando deterrere, ac rursum præmiis inuitare, vt sancte suo fungantur officio. Qua quidẽ in re magnopere conducet, si qui depræhensus fuerit hoc agere, vt alloquiis & obsequiis illiberalibus: Principis animum ad ea sollicitet: quæ parum digna sunt principe: is in aliorum exemplum: publice det pœnas, etiam capitis, si delicti modus hoc postularit. Neq; hoc cuiquam crudele videri debet: si cum furem: qui pauculos nummos forte nactus sustulit, capite puniamus: idq; præter omnium legum veterum exẽplum: de eo extremum sumatur supplicium: qui id ĩficere voluerit: quo nihil habet patria melius aut præciosius.

Quod si rei nouitas obstat: quo min⁹ persuaderi queat: (tametsi Alexander Rhomanus imperator Thurinum fumi venditorem: palo alligatum: subiectis viridibus lignis fumo necari iussit) arte fieri potest: vt alia via paretur exẽplum: si qui forte de alio quopiam capitali facinore cõuictus erit: tñ hoc titulo puniatur: quod principis futuri mẽtẽ pestilenti adulatione corruperit. Si ĩ pœnis mali dati rõnem cõuenit expẽdere: plus ledit remp. pestilens adulator: qui primam illam principis ætatem tyrãnicis opinionib⁹ corrumpit & inficit: q̃ qui publicum ærarium expilarit.

Omnes adulantur principi.

Atq; vtinam saltem apud Christianos minus verum esset illud Carneadis apophthegma: qui negauit quicq̃ recte disci a regum filiis: præter artem equitandi: quod cæteris in rebus omnibus omnes obsecundent & assententur. At vnus equus quoniam haud intelligit: patricius insideat an plebeus: diues an pauper: princeps an priuatus: tergo excutit: quicunq; parum scite insederit. At nunc sepæ numero videmus fieri: vt non nutrices solum: ac sodales ministriq; principum liberis adulentur, verum & ipse præceptor, mo

deratorq; puericiæ, ſuum agat negocium, non huc ſpectãs vt principem dimittat meliorem, ſed vt ipſe diſcedat locu-pletior. Ad gratiam non raro loquuntur & ii, qui de rebus ſacris concionantur, aucupantes principis & aulicorum fa uorem, aut ſi quid repræhendunt, ita mordent, vt tum ma xime adulentur. Non hæc loquor quod iſtos probandos exiſtimem, qui ſeditioſis clamoribus debacchantur in vitã principum, ſed quod ab his citra contumeliam, boni prin cipis exemplar proponi cupiam, nec probari per aſſenta-tionem in Chriſtiano principe, quæ in ethnicis damna-runt ethnici. Neq; libere monent magiſtratus, neq; ſatis amice conſulũt cõſiliarii. Nam proceres, quoniam fere ſtu diis inter ſe diſſentiunt, certatim omnes principis fauorem ambiunt, vel quo premant aduerſarium, vel ne quã anſam nocendi miniſtrent inimico. Adulantur ſacrifici, aſſentan-tur medici. Nam ab oratoribus aliunde miſſis meras audi re laudes iam vbiq; ſolenne eſt. Supererat vna ſacra ancora quæ & ipſa ſæpenumero fallit. Nimirum ii, quos vulgus confeſſores regios vocat, ii certe ſi integri forent ac pruden tes, certe in illo altiſſimo ſecreto poſſent amanter ac libere monere principem. Verum plærũq; fit vt dum ſuis quiſq; commodis ſtudet. publicæ vtilitatis ratiõem negligat. Ac minus quidem lędũt poetæ rhetoreſq;, quorum nemini iã ignotum eſt inſtitutum, principum laudes non ex ipſorũ meritis, ſed ex ſuo metiri ingenio. Longe peſtilentius eſt magorum, ac diuinorum gen9, qui regibus longæuitatem victorias, triumphos, voluptates, & imperia pollicentur. Rurſum aliis ſubitam mortem, cladem, moleſtiam, exiliũ minantur, abuſi ad id ſpe metuq; duobus præcipuis huma næ vitæ tyrãnis. Ad hunc ordinem pertinent prognoſtæ, qui ex aſtris futura præſagiunt, quorum an vlla ſit ars, nõ eſt huius loci diſcutere. Certe vt nunc vulgo vtuntur, non mediocrem peſtem adfert rebus humanis.

Sed eſt omnium peſtilentiſſimum adulatorũ genus, qui

Diſſimulatum adulationis genus.

specie libertatis assentantur: ac miro quodam artificio dũ repugnant impellunt: dum obiurgant laudant. Hos mire depinxit Plutarchus in libello cui titulum fecit: quomodo dignosci possit amicus ab adulatore.

Sibi q̃sq; adulatur.

Sunt autem duæ ætates: quæ potissimũ expositæ sunt adulationi: pueritia, ob rerum inscitiam: & senectus, ob aĩ imbecillitatem. In quauis autem ætate: stulticia: quæ semper philautiam comitem ducit. At recte monuit Plato periculosissimum esse adulandi genus: cum quis ipse sibi palpo est: & ob id sese facile p̄bet aliis idẽ agentibus: quod ipse iam sua sponte agebat.

Picture adulatrices.

Est tacita quædã adulatio & ĩ picturis: statuis: ac titulis. Sic Alexãdro magno adulatꝰ ẽ Apelles: pĩgẽs eũ fulmẽ manu torquẽtẽ. Et Octauiꝰ Apollinis effigie pingi gaudebat. Eodẽ ptinẽt immanes Colossi: quos olĩ Imperatoribꝰ erigebãt: supra modũ humanæ magnitudinis. Fortassis hoc alicui leuiculũ videbitur, sed est nõnihil & in hoc momẽti vt principẽ eo cultu habituq; representẽt artifices, q̃ sapiẽte grauiq; principe maxime dignus sit. Et prestat aliq̃d agẽtẽ effingere, quod ad rẽp. attineat q̃ ociosum: velut Alexãdrũ in cognoscẽdis causis alteram aurem manu opposita claudentẽ. Aut Darium malum punicũ tenentẽ/ aut Scipionẽ sponsam iuueni intactã restituẽtẽ, auro quod offerebatur reiecto. Hmõi salutaribus picturis, decet ornari principum aulas, nõ iis quæ lasciuiam, fastũ, aut tyrannidem doceant.

Tituli pricipis.

Iam in titulis haud equidem negarim principi suum honorem esse tribuendum, malim tamen eiusmodi, qui nonnihil admoneant principem officii sui: hoc est malim integerrimum, incorruptissimum, sapientissimum, clementissimum, beneficentissimum: cordatissimum, vigilantissimũ, moderatissimum, patriæ studiosissimum vocari, q̃ inclytum, inuictissimum, triumphatorem, semper augustum, vt ne commemorem interim celsitudines, sacras maiestates, diuinitates, & his etiam adulantiores titulos. Probo morẽ

quo nunc Rhomanum põtificem sanctissimi titulo hono rant. Dũ enim hæc audit assidue, cõmonefit quid ab illo p̃stari oporteat: & quid in illo sit pulcherrimũ, non si ditissimus sit: aut latissime imperet, sed si sanctimonia præcellat.

Quod si vitari non potest, quo minus hæc audiat nonnunquam Princeps vel inuitus: tamen haud oportet dissimulare, quibus magis delectetur. Alexander Seuerus vsq; adeo fertur inuisos habuisse adulatores omneis, vt si quis salutasset abiectius, aut adulantius inflexisset caput, protinus cum conuicio submoueret hominem: quod si dignitas aut magistratus quempiam a conuicio vindicasset, hũc vult⁹ austeritate castigabat. Quõ abutẽdũ titul' solẽtibus

Præmonendus est igitur puer, vt hos titulos, quos audire cogitur, in suum sibi vertat commodum. Audit pater patriæ. Cogitet nullum vnq̃ titulum principibus additũ: q̃ patris patriæ: qui magis proprie quadraret ĩ bonum prĩcipem. Id igitur sibi agendum. vt hoc titulo dignus appareat. Ita si cogitat: admonitio fuerit: sin secus adulatio.

Inuictus dicitur: cogitet q̃ sit absurdum inuictum dici: quem vincit: iracundia: qui quotidie seruit libidini, quem captiuum quo lubet ducit agitq; ambitio. Eum demum vere inuictum esse, qui nulli cedit affectui: nec vlla rerum spetie ab honesto potest deflecti.

Cum serenissimus appellatur: succurrat principis esse officium omnia tranquillare: omnia componere. Quod si quis per ambitionem aut iram: seditionibus ac bellorum tempestatibus perturbat ac miscet vniuersa: hunc titulus serenissimi nõ ornat: sed vitium illi suum exprobat.

Cum dicetur inclytus: cogitet nullum esse verum decus nisi quod a virtute recteq; factis proficiscitur. Quod si quẽ conspurcat libido contaminat auaricia: fœdat ambitio, qd aliud est inclyti cognomen: q̃ admonitio: si quis erret imprudens, conuicium: si prudens peccet. Titulorũ adulatio.

Cum audiet regionum titulos: non statim cristas eri-

gat, veluti tantarum rerum dominus: sed sic cogitet: q̃ mul tis bonum Pri̅cipem debeo.

Si celsitudines, maiestates, diuinitates ingeret aliquis, meminerit hæc non competere: nisi in eum, qui ad dei exe̅plu̅ administret imperiu̅, cœlisti quadam animi magnitudine.

Cum audiet solennes panegyricos, ne protinus credat aut faueat suis laudibus, sed si talis nondum est, qualis prædicatur, admoneri se cogitet, detq; operam vt iis laudibus aliquando respondeat. Si talis iam est, adniti debet, vt seipso melior euadat.

Leges adulatrices.

Quin ipsas etia̅ leges oportebit habere suspectas. Assentantur & hæ nonnunq̃ principi: nimirum vel collectæ vel conditæ ab his qui regibus aut imperatoribus erant addicti. Cum negant principem teneri legibus, cum semet illi submittunt: cum ius i̅ omnia tribuunt, caueat ne statim putet sibi licere quicquid animo collibuit. Bono principi tuto permitti possunt o̅ia, mediocri non omnia, malo nihil.

Liberi libere monent.

Ac prudenter quidem Demetrius Phalereus ad euolue̅dos libros inuitat, quod sæpenumero quæ non ausint admonere principis amici, ex his cognoscat. Verum ad hoc prius Antidoto præmuniendus est ad hunc modum. Hic qua̅ legis: ethnicus est, tu qui legis Christianus. Hic cu̅ multa præclare dicat: tamen exemplar boni principis parum recte adu̅brauit, caue ne quicq̃d vsq̃ offenderis, id protinus tibi putes imitandu̅. Sed omnia ad Christi regula̅ exigito.

Lectio mala inficit ingenium

Ac primum quidem delectus habendus in authoribus. Plurimum enim refert quos libros primum legat & imbibat puer. Inficiunt animos colloquia mala. At non minus lectio mala. Abeu̅t enim in mores & in affectus mutæ illæ literæ, præsertim si nactæ sint ingenium ad morbum aliquem procliue, veluti puer natura ferox, ac viole̅tus: haud magno negocio commouebitur ad tyrannidem, si no̅ præmunitus Antidoto: Achillem: aut Alexandrum magnum aut Xersem, aut Iulium legerit.

AVTHORE ERASMO ROTERODAMO.

Athodie pmultos videmus: Arcturis: Lauslotis, & aliis id genus fabulis delectari, nō solū tyrānicis, verū etiā, prsus ineruditis, stultis, & anilibus, vt cōsultius sit ī Comœdiis, aut poetarū fabulis horas collocare, q̄ ī eiusmōi deliramētis. Quod si quis meo velit vti consilio, statim a tradita loquendi ratione, proponet Prouerbia Solomonis, Ecclesiasticum, & librum Sapientiæ, non vt puer ab obstentatore interprete quatuor illis sensibus torqueatur, sed vt paucis ac commode commonstret, si quid ad boni Principis officium pertinet. Cum primis autem inserendus est amor & authoris & operis. Regno destinatus es. Hic regnandi docet artem. Regis es filius: rex futur9. Audies regem omniū sapientissimum, quid doceat filium suum, quem ad regni successionem præparat. Mox euangelia. Et hic magni referet: quibus modis ad amorem authoris & operis inflammetur animus pueri. Non parum etiam situm erit in dexteritate & cōmoditate interpretantis, vt breuiter, vt dilucide, vt plausibiliter etiam ac viuide doceat, non oīa, sed quæ potissimū ad principis munus attinent, quæq; ad perniciosissimas vulgarium principum opiniones ex animo reuellendas faciunt. Tercio loco Plutarchi apophthegmata deinde moralia. Nihil enim his sanctius potest inueniri, cui9 & vitas proponi malim, q̄ cuiusq̄ alterius. Plutarcho proximum locum facile tribuerim Senecæ, qui scriptis suis mire exstimulat & inflammat ad honesti studium: lectoris animum a sordidis curis in sublime subuehit: peculiariter vbiq; dedocens tyrannidē. Ex Politicis Aristotelis, ex officiis Ciceronis permulta decerpere licebit non indigna cognitu. Sed sanctius hisce de rebus locutus est Plato, mea q̄dem sententia, & hunc ex parte secutus Cicero in libris de legibus. Nam de republica interciderunt.

Que primum legēda pricipi

Iam vero nō negauerim ex historicorū lectione pcipuā colligi prudentiā, verum ex iisdē summā perniciā hauries, nisi & pmunitus, & cum delectu legeris. Vide ne tibi impo

Historici quomodo legendi.

agnoscit & odit, & ĩ hoc explicat librum, quo malo suo medeatur, is facile reperit, quo molestiã vel depellat vel leniat.

Quomõ monendus princeps.

A nullis auditur verum syncerius, aut commodius, neq̃ minore pudore, q̃ a libris. Sed tamen sic amicos assuefaciat princeps, vt qui libere monent, intelligant se gratiam inire Est hoc quidem eorum: qui cum principe consuetudinem agunt: vt in tempore: vt commode: vt amice moneant: sed tñ conueniet etiam parum dextre monentibus ignoscere: ne recte monituri: vllo exemplo deterreantur ab officio.

In graui tempestate quantumuis docti nautæ: patiũtur sese a quouis admoneri. At regno nunq̃ deest tempestas. Quis satis laudarit Philippi Macedonum regis ciuilẽ prudentiam: qui liberum esse iussit eum a quo clam submonitus est: quod pallio subducto in genu parum decore sederet. Quod ille fecit in re leuicula: id multo magis faciendũ principi: in rebus patriæ periculosissimis: velut in suscipiẽdis peregrinationibus: in nouandis legibus: in pangendis fœderibus: in mouendo bello.

ARTES PACIS.



Am tametsi prisci scriptores vniuersam administrandæ reipublicæ rationem in duplices artes secuerũt, pacis & belli, & prior & præcipua cura debet esse principis instituendi in his rõnibus, quæ ad pacis tpa sapiẽter moderanda pertinent, quib9 hocꝑ virili conãdũ ẽ, ne belli muniis vnq̃ sit op9.

Pñceps suos nosse debet.

Qua quidem in re videtur illud in primis docendus prĩceps, vt ditionem suam norit. Id quod tribus rebus potissimum consequetur, geographia, historia, & crebra regionũ, & vrbium lustratione. Studeat igitur in primis, regionum ac ciuitatum, situm, originem, ingenium, instituta, consuetudines, leges annales ac priuilegia cognoscere. Nemo potest mederi corpori: nisi cognito. nemo recte colit agrum: quem non nouit. Atq̃ hæc diligentissime curat tyrannus: sed animus, nõ res distinguit bonũ principẽ. Inq̃rit corpo

ris rationem medic⁹: quo facilius subueniat: inquirit & ve neficus: sed quo certius occidat.

Proximum, vt amet eam regionem cui imperat: nec aliter in eam sit affectus, q̃ in auitum fundum bonus agricola, aut in suam familiam vir bonus. Et illud ĩ primis studio habeat, vt acceptam reddat meliorem, cuicunq; successori traditurus. Si liberi sunt, persuadeat patri pietas in filios, sin minus, persuadeat prĩcipi pietas in patriam. Ac sibi subĩde ceu faces admoueat: ad excitandã in suos charitatẽ. Cogitet regnum nihil aliud esse q̃ ingens quoddam corpus, cui⁹ ipse membrum aliquod insigne sit, dignos esse fauore, qui suas fortunas omneis, qui suam incolumitatem, vni⁹ fidei cõmiserint, frequenter ingerat sibi eorum exempla, quibus ciuium suorum cõmoditas ipsa vita fuit antiquior. Postremo fieri nõ posse, vt prĩceps noceat reip. quĩ ipẽ sibi noceat Amor prĩcipis in suos.

Deinde modis omnibus dabit operam, vt vicissim ametur a suis, sed ita, vt nihilo secius authoritate polleat apud eosdem. Ac beneuolentiam stultissime quidem incantamentis & anulis magicis sibi conciliare nituntur, cum nullum sit incantamẽtum efficatius ipsa virtute, qua nihil esse potest amabilius, & vt ipsa vere bonum est, & immortalis ita veram & immortalem comparat homini beneuolentiã Proximum huic philtron, vt amet qui cupiat redamari, vt eadem via sibi adiungat ciues suos, qua deus sibi conciliat vniuersos, nempe bene merendo. Ciuium erga principem beneuolentia.

Falluntur & hi, qui largitionibus, epulis, praua indulgẽtia sibi multitudinis animos conciliant. Et paratur hisce rebus nonnulla popularis gratia potius q̃ beneuolentia, verũ ea neq; vera neq; duratura. Alitur interea mala populi cupiditas, quæ posteaq̃ vt fit in immensum increuit, iam nihil satis esse putat, & tumultuatur, nisi per omnia cupiditatibus respondeatur. Atqui istud est corrumpere tuos: non conciliare. Et his rationibus solet vsu venire principi ĩ populo: quod stultis maritis solet: qui vxorum amorem, quẽ

virtute & recte factis parare oportuit, blandiciis, muneribꝰ & obsequiis eblandiuntur. Fit enim deniqꝫ vt nec amentur vt pro frugi ac bene moratis fastidiosas habeant & intractabiles, pro morigeris querulas & obstreperas. aut quod euenire solet mulierculis, quæ viros suos veneficiis ad amorẽ adigere nituntur, vt pro sanis habeant dementes.

Quõ parãda ppli bñuolẽtia

Primum discat vxor quomodo & quibus noĩbus sit amãdus maritꝰ, deĩde ille talẽ præstet, qui recte possit amare. Ita populus assuescat optimis, & prĩceps quod optimũ est præstet. Diu diligent, qui iudicio diligere cœperint.

In primis igitur qui volet amari a suis, eum præstet prĩcipẽ, qui mereatur amari, deinde nonnihil profuerit tenere rationem, qua commodius irrepat in animos omniũ. Hoc primum agat princeps, vt qui sunt optimi, optime de se sentiãt, & ab illis probetur, qui sunt omnibus probati. Hos habeat familiares, hos in consilium adhibeat, hos ornet honoribus, hos plurimum apud se valere patiatur. Ad hunc modum compendio fiet, vt omnes de principe q̃ optime sentiant, qui fons est omnis beneuolentiæ. Noui principes per se non ita malos, qui non ob aliud in odium publicum venerint, nisi quod nimium licere paterentur iis, de quibꝰ vniuersa multitudo male sentiebat, ex horum moribus principum ingenium æstimante populo.

Prĩceps natus & educatus apud suos.

Equidem optarim principem natum & educatum apud eos, quibus sit imperaturꝰ, quod optime coeat & coalescat amicitia, quoties a natura proficiscitur initium beneuolentiæ. Vulgus & bona ignota horret oditqꝫ. cõtra, mala nota nõnunq̃ amantur. Ea res geminũ adfert cõmodum: nam & princeps propensior erit in suos, & omnino magis pro suis habebit, & populus magis ex animo fauebit, & lubentiꝰ agnoscet suum principem. Et hac de causa non perinde mihi probantur, receptæ iam pricipum cum exteris, & maxime cum semotis nationibus affinitates. Magnam vim ad beneuolẽtiam conciliandam habet genus & patria, & veluti qdã

cōmunis vtriſq; genius. Huius bonā perire partem neceſ-ſe eſt, germanum illum ac natiuum affectum, confundente matrimoniorum mixtura. Verum vbi natura mutuæ charitatis fecit initium, ibi conueniet eam cæteris item rationibus augere & confirmare, vbi ſecus eſt, ibi tanto ſollicitius adnitēdum, vt mutuis officiis, & moribus fauore dignis beneuolētia colligatur. Sed quod fit in cōiugiis, vt initio vxor obſequatur viro, & vir nōnihil cōcedat & indulgeat vxoris ingenio, donec vtroq; alteri cognito, paulatim coaleſcat amicitia, idem fieri conuenit in principe aliunde aſcito Mithridates omnium gentium quibus imperabat linguas edidicerat, quas numero vigintiduas fuiſſe proditum eſt. Alexander magnus apud quantumuis barbaras nationes agens, inicio cultū & mores imitabatur, hac via ſeſe in illorū inſinuans beneuolētiam. Idem laudatum eſt in Alcibiade. Methridates. Alexāder magnus. Alcibiades.

Nihil æque multitudinis animum alienat a principe, q̄ ſi foris agere gaudeat, quod negligi videatur ab eo, cui p̄cipue vellet eſſe curæ. Tum quod exigitur, quoniam alibi conſumitur: perire ſibi putat, nec principi dari vectigal interpretatur: ſed alienis prædam obiici. Proinde neq; patriæ quicq̄ moleſtius aut perniciatioſius: neq; principi periculoſius: q̄ longinquæ peregrinationes, præſertim ſi diutinæ ſint. Nam ea res omnium opinione: & Philippum nobis ademit: & non minus afflixit ditionem illius: q̄ bellum tot iam annos cum Ghelriis geſtum.

Vt inter apes rex medio agmine cīgitur: nec vſq̄ prouolat: vt cor in meditullio corporis: ita conuenit principem ſemper obuerſari inter ſuos. Pricepſ in medio ſuorum.

Duæ potiſſimum res ſunt: vt in politicis tradit Ariſtoteles: que ſubuertūt imperia: odium & contemptus. Odio opponitur beniuolentia: contemptui authoritas. Itaq; prīcipis partes erunt diligenter obſeruare: quibus hæc parentur: illa vitentur. Odium conflatur ſæuicia: violentia: cō- De tuēdo imperio.

tumeliis, morositate, difficultate: rapacitate. Et facilius cōcitatur odium: q̄ excitatum placetur. Modis omnibus igitur cauendum bono Principi, ne qua occasione a charitate suorum excidat. Crede mihi magno satellicio nudatur, qui fauore populi destituitur. Contra beneuolētia multitudinis: conciliatur his moribus, vt dicam in genere, qui plurimū absint a tyrannide, clementia, comitate, æquitate, ciuilitate, benignitate. Benignitas extimulat ad officiū, præsertim si conspexerint iis esse præmiū apud Principē, qui de republica benemereantur. Clæmētia, male sibi cōscios inuitat ad meliorem frugem, dum veniæ spem ostendit, iis q̄ superioris vitæ errata nouis officiis studeant pensare, grata interim & integerrimis, contēplatione naturæ humanæ: Ciuilitas vbiq; aut amorem gignit, aut certe lenit odium, verum ea in magno prīcipe longe gratissima multitudini.

Contemptus vnde.

Contemptus potissimū contrahitur: studiū voluptatū libidinis, vinolentie: comessationū, aleæ, morionū, scurrarū, tum aūt stulticia socordiaq;. Et his diuersis rebus paratur authoritas, prudentia, integritate, temperantia, sobrietate & vigilantia. His igitur rebus sese commēdet prīceps, qui vere cupiat authoritate pollere apud suos.

Strepitus ac luxus idecorus.

At ridiculæ quidā ita se magni habendos credunt apud suos, si strepitu, cultu, luxuq; sese q̄ maxime ostētent. Quis enim magnum putat principem auro aut gemmis ornatū, cui norunt omnes tantum esse quantum vult? Et interim, quid aliud ostentat q̄ calamitatem suorum ciuium, suo dispendio hunc alentium luxum? Deniq; quid aliud docet hac ratiōe suos, nisi seminarium scelerum omnium?

Vita principis

Sic colat: sic viuat bonus prīceps, vt ex hui9 vita cæteri p̄ceres ac ciues frugalitatis ac sobrietatis exēplū capere possint

Sic agat domi, vt nullius interuentu deprehendi possit. Et foris haud decet vsq̄ principem conspici, nisi semper aliquid agitantem, quod ad publicam faciat vtilitatem.

Oratio principis.

Ex oratione certius q̄ ex amictu principis animus cog-

noscitur. Spargitur in vulgus quicquid ab ore Principis fuerit exceptum. Proinde summam oportet esse curam, vt ea quæ loquitur virtutem sapiant, & mentem bono Principe dignam præ se ferant.

Nec prætereundum est Aristotelis hac in re consiliũ, vt princeps qui volet odiũ suorum effugere, ac beneuolentiã alere, quæ sunt odiosa, deleget aliis, quæ plausibilia per se faciat. Hoc pacto magna pars inuidiæ defluet ĩ eos p quos res administratur, præsertĩ si fuerint: & alias inuisi populo Rursus ĩ beneficiis solida grã ad vnũ Principẽ pertinebit.

Addam & illud: cõduplicari beneficii gratiam: si cito si alacriter: si vltro detur: & si verbis amicis commendetur. Quod si quid negandum erit: id blande placideq; fieri conueniet. Si quid puniendum: minuendum nonnihil de præscripta legibus pœna: & ita sumendum supplicium: vt appareat principem huc inuitum descendisse. Quomõ dandũ aut negandũ beneficiũ.

Neq; satis est, si princeps suos vnius mores integros & ĩcorruptos prestet reipublicæ. Non minus adnitendum vt quoad licet vniuersam suam familiam: proceres: amicos, ministros: magistros sui similes habeat. Hi membra sunt principis: & horum sceleribus conflatam odium in ipsum redundat principem. At istud difficillimum inquiet aliqs. Facilius fuerit: si curet optimos in suam familiam allegere. Deinde si fecerit, vt hi intelligant ea maxime placere prĩcipi/quæ maxime sint in rem populi. Alioqui fit sæpenumero: vt negligente aut etiam conniuente ad ea Principe: sceleratissimi homines, sub prætextu principis tyrannidẽ exerceant in plebem: & dum videntur illius agere negociũ pessime consulunt eius nomini. Ministri et amici principis.

Alioqui tolerabilior est reipublicæ status: vbi princeps ipse malus est, q̃ vbi principis amici mali. Vnũ tyrannum vtcunq; ferimus. Quãdoqdẽ vnius auariciã facile popul9 explet, vnius libidini, nõ magno negocio fit satis, vni9 sæuiciam satiare licet. At tot tyrannos explere grauissimũ est. apophthegma.

Nouitas omnis periculosa.

Omnis nouatio quoad fieri poterit: fugienda Principi. Nam etiam si quid in melius commutetur, tamen ipsa nouitas, offendit. Nec vnq̃ sine tumultu commutatus est: vel reip. status: vel publica ciuitatis consuetudo, vel leges olim receptæ. Proinde si quid erit eiusmod vt ferri possit, non erit innouandum: sed aut tolerare conueniet: aut cõmode ad meliorẽ vsum deflectere. Rursum si q̃d erit eius generis vt tolerandũ non sit, id erit corrigendũ, sed arte ac paulatĩ.

Scopus principis.

Permagni refert: quem scopum sibi proponat is qui gerit principatum, nam si parum recte destinarit, tota aberret via necessum est. Summum igitur boni principis decretũ esse debet, vt nõ solum tueatur præsentem reipublicæ fœlicitatem verum etiam florentiorem reddat q̃ acceperit.

Præpostera bonorũ ratio.

Cæterum cum tria sint bonorum genera, vt Peripateticorum more loquamur, videlicet, animi, corporis, & externa, cauendum erit ne horum ratio præpostere habeatur/ vt ciuitatis fœlicitatem externis illis bonis potissimũ metiatur. Nam hæc quidem non oportet alio pacto comparare nisi quatenus ad animi corporisq; bona pertineãt. Hoc est ita demum existimet ciues suos esse fœlicissimos, non si ditissimos habeat, aut optima corporis valetudine: sed si iustissimos ac tẽperatissimos, si q̃ minime cupidos: si q̃ minime feroces, aut factiosos, si q̃ maxime concordes.

Abusus vocabulorũ.

Cauendum & illud, ne pulcherrimarũ rerum falsis vocabulis decipiatur, quo quidem e fonte quicquid est malorũ in vrbe, fere scatet ac proficiscitur. Neq; enim vera fœlicitas est: cum populus ocio luxuq; diffluit. Neq; vera libertas, vbi cuiq; quod libuit licet. Nec seruitus est, ad legum honestarum præscriptum viuere. Neq; tranquilla respublica, cum ad omnem principis nutum obsecundat populus, sed cum bonis paretur legibus, & principi bene consulenti, iuxta legum dictamem. Nec æqualitas est, idem omnium præmium: idem ius, idem honos. Imo hæc est nonnunq̃ summa inæqualitas.

AVTHORE ERASMO ROTERODAMO.

Illud in primis admonendus est princeps gubernaculis admouendus: præcipuā reip. spem sitam esse in recta educatione puerorum: id quod prudenter docuit Xenophon in institutione Cyri. Nam rudis ætas ad quāuis disciplinā sequax est. proinde cū primis habenda cura de ludis publicis ac priuatis, de virginum institutione, vt statim sub optimis & incorruptissimis præceptoribus, simul & Christū imbibāt, & honestas literas reiq̃ publicæ salutares. Hac ratione fiet: vt non sit opus multis legibus, aut suppliciis, nimirum ciuibus suapte sponte, quod rectū est sequentibus. Schole publice: et educatio.

Tantam vim habet educatio, vt Plato scrpserit hominē recte institutum in diuinum quoddam animal euadere. Contra perperam educatum, in immanissimam quandam degenerare beluam. Nihil autem magis refert Principis, q̄ vt ciues suos habeat q̄ optimos Consulendum plebi non abutēdum illius affectibus

Danda erit igitur opera, vt protinus assuescant optimis propterea quod quæuis musica suauissima est assuefactis. Et nihil est difficilius, q̄ reuellere hominē ab his, quæ lōgo iam vsu in naturam abierunt. Nihil aūt horum fuerit admodum difficile, si princeps ipse: quæ sunt optima sequetē

Tyrannidem sapit, imo sycophanticum est: ita tractare plebem: vt immanem aliquam beluam tractare solent bestiarii, quibus id in primis studio est, vt obseruent, quibus rebus deliniatur, aut irritetur, deinde vtcunq̃ cōmodū videtur commouēt, aut demulcēt, vt grauiter dictū est a Platone, Nam istud est abuti plebis affectibus: nō illi cōsulere

Quod si populus erit intractabilis: & suo ipsius bono repugnans: tum aut obsecundandū erit ad tempus: & paulatim ad tuū institutū inducēdus: vel arte quapiā: vel fuco salutari Quēadmodū vinū cū bibitur, primū patet: donec sensim illapsum vænis totū hominem in suum ius rapiat. Aliquando obsecūdandum populo.

Et si nōnūq̄ negociorū ꝑcellæ: & opiniōes publicæ: prīcipē nōnihil reuocāt ab īstituto: cogit ꝗ seruire tpi: tñ haud desinet quoad ꝑt reniti, & qđ hac nō successit, alia conari via

DE VECTIGALIBVS ET EXACTIONIBVS.



I quis excutiat veterũ annales, reperiet plærasq; seditiões ex immodicis exactionibus ortas fuisse. Proinde curãdum erit bono principi, vt q̃minimũ irritent hisce rebus animi plebis. Gratuito si potest imperet. Sublimius est prĩcipis officiũ, q̃ vt mercenarium esse deceat. Et bonus princeps habet, quicquid ciues possident amantes.

Prĩceps consciẽtia recte factorum cõtentus.

Fuere complures ethnici, qui ex rebus bene pro republica gestis, nihil ĩ ædes suas intulerunt, præter gloriam. Fuit vnus & alter, qui hanc quoq; cõtẽpserit, veluti Fabi9 maximus & Antoninus pius. Quanto magis oportet Christianũ prĩcipẽ, conscientia recti contentũ esse: p̃sertĩ cũ ei militet qui nullũ recte factũ, nõ amplissimis præmiis repensat?

Sunt quipã qui nihil aliud agant apud prĩcipes: q̃ vt nouis subinde titulis repertis q̃ plurimũ emungatur a populo: ac tum se principum rebus probe consulere credunt: p̃inde quasi hostes sint suorum ciuium. Atqui hos qui libenter audit: is sciat se a principis vocabulo plurimum abesse.

Quomõ minuende exactiones

Hoc potius studendum: & in hoc cogitandæ rões: vt q̃ potest minimum exigatur a populo. Cõmodissima fuerit augẽdi vectigalis rõ: si prĩceps sumptus supuacaneos amputarit, si ministeria ociosa reiecerit: si bella & his simillimas pegrinationes vitauerit: si officiorũ rapacitatẽ cohibuerit: & si magis studeat recte administrandæ ditioni suæ: q̃ propagandæ.

Alioqui si exactiones auaricia metietur aut ambitiõe: quis tãdẽ futurus est exigẽdi vel modus vel finis? Quãdoquidẽ infinita ẽ cupiditas: & semper vrget & intẽdit quod cœpit donec iuxta prouerbium vetus: nimium tensus rumpatur funiculus: & ĩ seditionẽ demũ erũpat populi victa patiẽtia quæ res florentissimis quondam imperiis exitium attulit.

Quod si necessitas flagitat, exigi nonnihil a populo: tum boni principis est, id his rationibus facere, vt q̄minimū incō modorū perueniat ad tenues. Nā diuites, ad frugalitatē vo care fortassis expedit. At pauperes, ad famem & laqueum adigi, tum inhumanissimum est, tum parum tutum. Nō q̄ non grauētur tenues.

Illud etiā atq; etiā secum cogitet pius rex, dum studet au gere suum satellitiū, dum neptē aut sororem splēdide vult elocare, dū liberos omneis sibi pares reddere, dum proce res suos locupletare, dū peregrinās opes suas gentibus ostē tare, q̄ inhumanum est, ob hæc tot hominum milia, domi cum vxoribus & liberis fame necari, inuolui ære alieno, ad rerum omnium desperationem adigi. Nec enim istos vl' in ter homines recensuerim, nedum inter principes, qui e pau perculis extorquēt, quod turpiter pdāt scortis aut alea. Et hmōi quosdā audimus esse, q hoc quoq; ius suū esse putēt.

Quin & illud secum expendat, quicquid semel inductū fuerit p occasionem tēpoꝝ, quod ad pricipis aut procerum lucrū attinere videatur, id nunq̄ potest aboleri, cum subla ta exigendi necessitate, non modo tollendum esset onꝰ po puli: verū etiam sartiendum ac reponendū, quoad fieri pos sit superiorum temporum dispendium. Proinde qui bene vult populo suo, cauebit exemplum pestilēs inducere. Q d si gaudet calamitate suorum, aut eum negligit, nihil minus est q̄ princeps, quocunq; vocetur nomine. Periculo suꝫ exēplū

Curandum interim, ne nimia sit opum inæqualitas, nō quod quenq̄ per vim bonis exui velim, sed quod iis ratio nibus vtendum, ne multitudinis opes ad paucos quosdam conferantur. Nam Plato ciues suos neq; nimiū diuites esse vult, neq; rursus admodum pauperes, quod pauper pdesse non possit, diues arte sua prodesse nolit. Æq̄litas fortunarū

Quid quod ne locupletantur quidem aliquoties exacti onibus huiusmodi principes. Id qui cupit cognoscere, recē seat quanto minus proaui receperint a suis, & quanto be neficentiores fuerint, q̄toq; magis rebus omnibus abunda

rint, quod bona pars horum inter digitos exigētium & recipiē tium dilabatur, & minima pars ad ipsum redeat prīcipem.

Que res exactionibus grauandę.

Quarum igitur rerum vsus infimæ quoque plæbi cōmunis est, has quam minimum grauabit bonus princeps, veluti frumenti, panis, ceruisiæ, vini, pānorum, ac cæterarum item rerum, sine quibus humana vita non potest transigi. Atqui hæc nūc potissimum onerantur, idque non vno modo: primum grauissimis exactionibus: quas redemptores extorquent: vulgus asisias vocat. Deinde portoriis: quæ & ipsa suos habent redemptores, postremo monopoliis, ex quibus vt paululum compendii redeat ad principem, quanto dispendio mulctantur tenues!

Igitur optime quidem, vt dictum est, augetur principis census, contractis impendiis, & hic quoque iuxta prouerbiū magnū vectigal parcimonia est, tamen si vitari non potest, quin exigatur aliquid, & ita res populi flagitat, onerentur barbaræ ac peregrinæ merces, quæ non tam ad vitæ faciūt necessitatem, quam ad luxum ac delicias, & quarum vsus diuitū est peculiaris, veluti byssus, serica, purpura. piper, aromata, vnguenta, gemmæ, & si quid est aliud huius generis. Nam hinc incommodum sentient ii tantum, quorum fortunæ ferre possint, nec ob hanc iacturam ad inopiam redigētur: sed fortasse reddentur frugaliores, vt pecuniæ iactura, morum bono sarciatur.

De moneta principis

In cudenda moneta bonus princeps præstabit eam fidē quā & deo debet & populo, neque sibi permittet, quod atrocissimis suppliciis punit in aliis. Hac in re quatuor ferme modis expilari populus solet, id quod nos aliquādiu vidimus a morte Caroli, cum diutina anarchia quauis tyrannide perniciosior ditiōem tuam affligeret. Primum vbi nomismatis materia mixtura quapiam vitiatur, deinde cum ponderi detrahitur. Præterea cum circumcisione minuitur. Postremo cum æstimatio nunc intēditur, nunc remittitur: vtcunque visum est principis fisco conducere.

DE BENEFICENTIA PRINCIPIS.

CVm propria bonorum principum laus sit benig/nitas ac beneficentia, qua tãdem fronte principis vocabulum sibi vindicant, quibus omnium con/siliorum summa huc tedit: vt cunctorum incõmodo, suis cõsulant rõnib9? In hoc igit̃ erit ingeniosus ac vigilãs prin ceps, quo pacto possit de omnibus benemereri, quæ res nõ est tantum in dando sita. Alios iuuabit liberalitate, alios fa uore subleuabit, alios afflictos authoritate sua liberabit: nonnullis ingenio cõsulet. Et hoc animo erit, vt eum diem sibi perisse putet, quo nõ bñficio suo iuuerit aliquem.

Nec tamen temere collocanda est principis liberalitas. Sunt enim qui inclementer extorqueant a bonis ciuibus: quod in moriones, delatores, & voluptatum ministros ef/fundant. Intelligat resp. iis potissimum expositam princi/pis benignitatem, qui publicis commodis q̃maxime consu lãt. Virtuti præmium sit non affectui. bñfacien/dũ de resp. bñ meren tibus.

Illud beneficentie genus maxime sectandum est princi/pi: quod cum nulli9 incõmodo aut certe iniuria cõiunctũ est. Nã alios spoliare: vt dites alios: hos pessundare: vt illos euehas: adeo nõ ẽ bñficiũ: vt geminũ poti9 sit maleficium: p̃sertim: si qd indignis adeptum ẽ ad indignos trãsferatur.

Non abs re fictis poetarum fabulis proditum est: deos nusq̃ accedere solitos: nisi magno quopiam bono eorum: a quibus excipiebantur. At cum aduentante principe: ciues si qd est elegãtius in suppellectile abdunt: filias insigni for/ma recludũt: adolescentes ablegãt: opes dissimulant: ac mo dis oĩbus cõtrahunt sese: nonne re ipsa satis indicant quam de eo habeant opinionem: cum id faciunt: quod facerent adueniente hoste aut prædone? Cum ad principis aduen/tum iis timent: quæ illius officii fuerat tueri: si quis forte insidias aut vim pararet? Ab aliis timent insidias: ab illo vim quoq;. Cum alius queritur se pulsatũ: alius abductam virginem: alius stupratam vxorem: alius negatam mer/ Aduentus boni prin/cipis om/nibus salu taris.

cedulam: papæ q̃tum hic aduentus abest ab illa deorũ ima gine. Cum ciuitatũ vt est quæq; florentissima: ita maxime suspectum habet principem: cum ad principis aduentum sceleratiores exiliunt: optimus quisq; & cordatissimus ca-uet & contrahitur: vt nihil loquãtur, certe factis prædicãt quã habeant de Principe opinionem. At respondeat aliqs Non possum meorum oĩm continere manus, ego quod in me est, præsto. Fac intelligãt id te vehementer & ex animo velle, dispeream, ni continebunt. Et ita demum populo fi-dem facies, hæc inuito te fieri: si non patieris impune fieri.

Christiani principis benemereri de omnibus.

Fortassis ethnico principi satis erat in suos esse benignũ in exteros iustũ modo. At Christiani principis est nullum pro extero ducere, nisi qui sit alienus a Christi sacramentis ac ne hos qdem iniuriis lacessere. Suos quidẽ ciues ĩ primis agnoscere. Ceterum de oĩbus bene mereri: de qbus possit.

Quanq̃ illud perpetuo studendum est principi ne cuiq̃ omnino fiat iniuria: tñ iuxta Platonis sentẽtiam, diligen-tius est cauendum, ne quid ledantur hospites, q̃ ne ciues: propterea quod hospites amicorum & cognatorum auxi lio destituti magis obnoxii sunt iniuriis, vnde & Iouem vl torem habere putabantur. cui ex re Xenio fecere nomen.

De legibus condendis aut emendandis

Optimæ leges sub optimo principe, præcipue be atam reddũt ciuitatem aut regnũ, cuius tum fœ licissimus est status, cum principi paretur ab oĩ-bus atq; ipse princeps paret legibus: leges autem ad Arche typum æqui & honesti respondent, nec alio spectant, q̃ ad rem communem in melius prouehendam.

Paucæ leges sed optimæ.

Bonus sapiens, & incorruptus princeps, nihil aliud est, q̃ viua quædã lex. Dabit igitur operã: nõ vt multas cõdat leges, sed vt q̃ optimas, maximæq; reipub. salutares. Nam bene institutæ ciuitati: sub bono principe: & integris ma-gistratibus: paucissime leges sufficient. Sin secus fuerit: nul læ q̃libet multæ satis erũt. Non optime agitur cũ egrotis:

quoties ĩdoctus medicus pharmaca pharmacis accumulat.

In condendis autem legibus illud in primis cauendum erit: ne quid oleant fisci lucrum, ne priuatam procerum cõmoditatem, sed ad exemplar honesti, & ad publicam vtilitatẽ referantur oĩa, & eam vtilitatẽ non ad vulgarem opinionẽ: sed ad sapientiæ regulã exigant: quam oportet vbiq; principibus in consilio esse. Alioqui ne lex quidẽ erit: fatẽtibus & ethnicis: ni iusta sit: ni æqua: ni publicis cõmodis consulens. Nec protinus lex est/quod principi placuit, sed quod sapienti bonoq; principi placuit, cui nihil placet nisi quod honestũ & e rep. sit. quod si distorta fuerit regula ad quam exæquanda fuerant praua: quid futurum est, nisi vt per huiusmodi leges: etiam quæ recta fuerant deprauẽtur. Lex publicam vtilitatem spectet.

Et Plato vult leges esse q̃ paucissimas: maxime de rebus leuioribus: veluti de pactis: commerciis: vectigalibus. Nec enim ex multitudine legũ nasci salutẽ reip. non magis q̃ ex multitudine pharmacorũ. Vbi princeps integer est & officio suo funguntur magistratus: nihil opus multis legibus: vbi sec⁹ habet, ibi legũ abusus in pniciẽ vertitur reip. dum & bene conditæ leges: horũ improbitate alio detorquẽtur. Officit et leguz multitudo.

Iure notatus est Dionysius ille Syracusanus: qui tyrannico consilio plurimas tulit leges: alias super alias ingerẽs: easq; vt fit a populo negligi patiebatur: quo cunctos ad hunc modum sibi redderet obnoxios. At istud non est leges condere: sed laqueos tendere. Insidiose leges.

Et merito repræhensus est Epitades: qui legem tulit, vt liberum esset cuiq; cui vellet sua relinquere: hoc interim agẽs vt ipse filium quem oderat posset exhæredare. At primum non intelligebat populus hominis technam. verum ea res deinde grauem perniciem attulit reipublicæ.

Eiusmodi leges proponat princeps: quæ nõ solũ pœnã denuncient sontibus, verũ etiam quæ persuadeant nõ esse peccandũ. Proinde errant qui putãt leges paucissimis verbis eẽ cõprehendẽdas, vt tñ iubeant: nõ etiã doceant: imo Leges suadeant magis q̃ minentur.

magis in hoc sint occupatæ, vt deterreant a peccando ratio nibus q̃ pœnis. Etiamsi hãc Platonis sententiã non approbat Seneca. Sed audacter hoc quidem magis q̃ erudite.

Non teme re quiuis disputet de legibus.

Idem non permittit iuuenibus disputare de æquitate legis, senioribus permittit moderate. Verum vt non est vulgi, temere censere leges principum, ita principis est curare, vt eas ferat leges, quæ bonis omnibus placeant, vt meminerit infimis etiam sensum esse communem. Laudatus est in hoc M. Antonin9 Pius, quod nihil vnq̃ egerit, quod omnibus per literas etiam non conatus sit approbare: redditis causis cur id iudicarit expedire reipublicæ.

Elegenter Xenophon in Oeconomicis prodidit, cætera quoq; animantia duabus rebus potissimum adduci, ad obtemperandum, cibo, si quod fuerit abiectius, aut delinimento, si generosius, velut equus, & plagis, si contumacius velut asinus. At homo cum sit animal omnium generosissimum, nõ tam minis ac suppliciis cogi, q̃ præmiis oportebit ad officium inuitari legibus.

Leges præmys inuitent.

Leges igitur non solũ pœnã irrogent delinquentibus, sed præmiis quoq; prouocent ad benemerendum de rep. Quod genus multas fuisse videmus apud veteres. Si quis fortiter fecisset ĩ bello, optabat præmiũ, & si cecidisset, liberi ex publico alebantur. Si quis ciuem seruasset, si qs hostẽ a mœnib9 depulisset, si qs salubri cõsilio succurrisset reip.

Præmia rudes inuitant.

Quãq̃ aũt egregii ciuis est vel nullo proposito præmio quod optimũ est sequi, tñ expedit huiusmodi illectamẽtis rudiũ adhuc ciuium animos ad honestĩ studiũ inflãmare.

Qui generosõ sunt animo, honore magis capiuntur, qui sordidiore, lucro quoq; ducuntur. Omnibus igitur hisce rationibus lex sollicitabit, honore & ignominia, lucro ac damno. Porro qui prorsus seruili sunt ingenio, vel potius beluino, hi vinculis ac flagris domãdi sunt.

Ad huiusmodi honoris & ignominiæ sensum iam inde a pueritia assuescant ciues, vt intelligant nõ opibus aut

stemmatis deberi præmium, sed recte factis.

In summa huc modis omnibus spectet Principis vigilantia, non vt tantum puniantur admissa: sed illo multo magis respiciat & incumbat, hoc in primis agat/vt caueat, ne quid admittatur supplicio dignum. In primis agendum ne committantur pu/nienda.

Vt enĩ melior medicus, qui morbũ excludit & arcet, q̃ q pharmacis expellat acceptũ. Ita non paulo præstabilius est efficere, ne facinora patrentur, q̃ si perpetrata puniantur Id aũt fiet, si causas ex qbus aĩaduerterit potissimum nasci flagicia, vel recidat si queant, vel certe premat & attenuet.

Primũ igit̃ ex viciosis de reb⁹ opiniõib⁹, vt dictũ est, velut e corruptis fontib⁹ maxĩa pars facinoꝶ scatet. Id igit̃ in primis agendũ, vt ciues habeas optimis institutos rõnibus Deĩde magistrat⁹ nõ solũ sapientes, verũ etiã incorruptos. Vitiosa opinio fons malorum.

Ac recte mouet Plato, nihil non tentandum, & omnem quod aiunt, mouendũ esse lapidem, priusq̃ ad vltimum veniatur supplicium. Agendum argumentis: ne quis peccare velit, deinde deterrendi metu numinis malefactorum vindicis, præterea minis supplicii. Quibus si nihil proficitur, ad supplicia veniendum sed leuiora: quæ medeãtur malo, nõ quæ tollãt hoĩem. Quod si nihil hoꝶ procedit. tum demum ceu membrũ deploratum & immedicabile, ab inuito legibus resecandum, ne pars syncera trahatur in vitium. Sero ad supplicia veniendũ.

Quẽadmodum fidus ac doctus medicus nõ adhibet sectionem aut vstionẽ: si malagmate: aut potione tolli malũ possit: nec vnq̃ ad illa descendit nisi morbo coactus. Ita princeps oĩa tentabit remedia, priusq̃ ad capitale supplicium veniat: ita cogitans remp. vnum esse corpus, at nemo membrum amputat, si diuersa via possit sanitati restitui. Sananda mala: non tollẽdi homines.

Vt probus medicus ĩ apparãdis remediis haud alio spectat: q̃ vt q̃minimo egrotantis periculo morb⁹ pellatur: ita bonus prĩceps ĩ cõdendis legib⁹, nõ alio respiciet q̃ ad publicã vtilitatẽ: vt ꝗ ppl'i malis q̃minimo medeat̃ incõmodo. Occasio maleficiorum profliganda.

Bona facinorum pars hinc potissimum nascitur: quod

vbiq plurimi fiant diuitiæ, cõtempta sit paupertas. Dabit igitur princeps operã: vt sui ciues virtute ac moribus æstimẽtur nõ censu. Idq primũ in seipso ac suis exhibeat. Qđ si conspexerit principẽ ostentare diuitias, & apud illum vt qsq ditissimus est, ita plurimi fieri, ad magistrat⁹, ad honores, ad officia nũmis patere viam, istis nimirum rebus incitãtur animi multitudinis ad opes p phas nephasq parãdas

Ociosi pellendi.

Et vt magis in genere loquamur, pleraq rerum publicarum omnium sentina, ex ocio nascitur, quod diuersis rationibus affectãt omneis, cui q semel assueti sunt, si desit quo alant illud, ad malas artes confugiunt. Hoc igitur aget principis vigilãtia: vt quantũ potest minimã habeat inter suos turbã ociosorꝝ, & aut ad op⁹ adigat, aut expellat e ciuitate.

Mendici.

Plato mendicos omneis procul e sua rep. pellendos putat. Quod si qui senio morboue fracti, suos nõ habent a q̃bus alũtur, iis gerõtotrophiis, & nosuntotrophiis publicis cõsulendũ erit. Qui paruo cõtent⁹ est, nõ eget mẽdicitate.

Sacerdotes superuacanei.

Sacrificulos qui ad questum sacra quædã circũferebant oppidatim, Massilienses in ciuitatem suam non recipiebãt, quo religiõis ꝑtextu sectarẽtur ocium & luxũ. Et fortassis expediat reip. monasteriorum esse modũ. Est enim & hoc

Monasteria et collegia superuacanea.

ocii genus quoddam, præsertim quorum vita parum probata fuerit, & ociosam & ignauã transigant vitam. Quod de monasteriis dico, idem de collegiis sentiendum.

Ad hoc genus pertinent, redẽptores, institores, fœneratores, proxenetæ, lenones, custodes villarum, ac viuariorũ, grex ministrorum, ac stipatorꝝ, qui apud nõnullos tantum ambitionis aluntur gratia. His cum non suppetit, quod luxus ocii comes efflagitat, ad malas artes degenerant.

Militum gen⁹ pessimum

Est & militiæ negociosum ocii genus, sed multo pestilẽtissimum ex quo semel omnium bonarum rerum exitium & omnium malarum rerum colluuices proficiscitur. Hæc igitur flagitiorum seminaria si prĩceps arcebit e suo regno, multo minus erit quod legibus puniat.

Habēdus igitur honos vtilibus artificiis, nec iners ociū nobilitatis titulo donandum, vt obiter & hoc indicē. Non quod bene natis suum honorem detraham, si respondeant maiorum imaginibus, & iis rebus præcellāt, quæ primum nobilitatem pepererunt. Alioqui si tales sunt, quales hodie plærosq; videmus, molles ocio, voluptatibus effœminati: omnium bonarum artium imperiti, tantum belli comessatores, strēnui aleatores, ne quid dicam obscœnius, quid est obsecro, cur hoc hominum genus calceariis aut agricolis p̄feratur? Nam olim patriciis ocium datum est a sordidioribus opificiis, non ad nugandum, sed discendas eas disciplinas, quæ ad rempublicam administrandam faciunt. Vera nobilitas.

Ne sit igitur turpe, si ciues opulenti aut patricii suos liberos artem doceant sedētariam. Primum dum eius studio detinentur adolescentuli, cohercebuntur a multis flagitiis. Deinde si nihil erit op⁹ arte, ea neminem onerat. Sin (vt est īstabilis rerꝫ humanarū fortuna) deerit, tum artē nō modo q̄uis terra, sicut habet puerbiū, sed quæuis ēt alit fortuna.

Veteres illi quoniam intelligebāt plurimum malorum nasci ex luxu & profusione, sumptuariis legibus occurrerunt, creatis in hoc censoribus, qui immodica impendia: in cōuiuiis: in vestitu: aut in ædificiis cohiberent. Id si cui durum videtur: non licere cuiq̄ suis rebus pro sua vti & abuti libidine: cogitet multo durius esse: ciuium mores per luxum eo delabi: vt capitis supplicio sit opus: & humanius esse cogi ad frugalitatem: q̄ vitiis ferri in perniciem. Ex luxu multa mala

Nihil inutilius: q̄ ex admissis ciuium lucrum redire ad magistratus. Nam qui dabit operā: vt q̄ minimum existat malorum: cui expedit q̄plurimos esse nocentes. Incorrupti magistratus.

Et par est: & apud priscos fieri cōsueuit: vt multicia pecunia potissimum ad eum rediret qui lesus esset. Nonnulla portio ad ærarium publicum: in vehementer odiosis non nihil etiam ad delatorē. Verꝫ hoc odii: non priuato cuiusq̄ affectu sed reip. commodo aut incommodo metiendum.

Infimis minime nocendus

Illuc in vniuersũ spectẽt leges: ne cui fiat iniuria: nec pauperi: nec diuiti: nec nobili: nec obscuro: nec seruo nec libero: neq; magistratui: nec priuato. Verũ in hanc partem magis propẽdeant: vt imbecillioribus subueniatur: quod humiliorum fortuna magis exposita sit iniuriis. Quod igitũ in fortunæ præsidiis diminutum est: id legũ exæquet humanitas. Proiñ acrius puniãt violatum pauperem q̃ offensum diuitem. corruptũ magistratum: q̃ perfidum plebeiũ. facinorosum patricium: q̃ obscurum.

Pœna exempli raro vtendũ

Cũ iuxta Platonẽ duplex sit pœnæ genus: in altero vidẽdum est: ne supplicium acerbius sit q̃ pro re commissa: ideoq; non erit temere ad vltimum supplicium veniendum. Neq; facinoris rõ nostris erit æstimãda cupiditatibus: sed æquo atq; honesto. Cur enim passim simplex furtum capite punitur: & adulterium pene impunitum est: idq; contra veterum omnium leges: nisi quod apud omnes nimium in precio est pecunia: & huius iacturam: non ex re: sed ex suo metiuntur animo? Cur autem hodie min⁹ seuiatur in adulteros, in quos olim vehementer sæuiebãt leges, non est huius loci rationem reddere.

Ad alterum gen⁹: quod ille vocat exempli, perq̃ raro veniendum erit, nec tam agendum vt immanitate pœnæ deterreãtur cæteri: q̃ nouitate. Nihil est enim tam horrẽdum quod non contemnatur assuetudine. Nec aliud inutilius: q̃ ciues suppliciis assuescere.

Vt in morbis non sunt tentanda noua remedia: si veteribus succurri malo possit, vt nõ sunt condende nouæ leges, si veteres ministrent aliquid quo malis reip. medearis.

Leges inutiles si sine magno malo non queant abrogari paulatim sunt antiquandæ, aut certe corrigendæ. Nam vt periculosum est temere nouare leges, ita necesse est, vt curationem pro corporum ratione, sic leges ad præsentem reipublicæ statum accommodare. Quædam salubriter insti

tuta salubrius abrogantur.

Multæ leges recte quidem sunt institutæ, sed eas officiorum prauitas ad pessimos vsus detorsit. Nihil autem perniciosius bona lege, ad malas res deflexa. Ab his igitur tollendis, aut emendandis non oportet principem fisci iactura deterreri. Nec enim compendium est, cum honesti dispēdio coniunctum, maxime cum sint eius generis, vt plausibilis etiam sit earum abrogatio. Neq; vero sibi blandiatur, si leges huiusmodi cōpluribus in locis inualuerunt, vt diutina iam consuetudine inueteratæ sunt. Nec enim hominū numero constat honesti natura & hoc diligentius est tollēdum, quo magis inueterauit malum.

Abusus leguȝ etiā bonarum.

Et vt vnam atq; alteram exempli gratia commemorem: receptum est nonnullis in locis: vt peregre mortui bona occupet præfectus aliquis regis nomine, id cum salubriter sit institutum, nēpe ne hospitis res sibi vindicēt, ad quos iure non pertinent, & tantisper sint in manibus præfecti, donec extent hæredes certi: nunc iniquissime huc detortum est, vt siue extet hæres siue non extet, hospitis bona ad fiscum pertineant.

Recte quondam institutum, vt quod apud furem dep̄hensum repertum esset rerum, id princeps aut huius nomine magistratus occuparet, nimirum ob id, ne si passim eas vindicandi ius esset, per fraudem ad alienos dominos aberrent: verum simul atq; constaret cuius essent: tum illi restituerentur. At nunc quidam quicquid apud furem compererint: id non minus suum esse ducunt: ac si ex paterna hæreditate obuenisset. Quod & ipsi satis intelligunt impudēter iniquum esse: sed honesti ratio: lucri ratione vincitur.

Abusus bene conditarum legum.

Olim bono consilio fuit inductum: vt in confiniis ditionum essent præfecti, qui importationum aut exportationum curam agerent: nimirum quo negociator aut via-

De portorijs.

tor tutus a latrociniis commearet, vt si quid cui foret ereptum Princeps intra suæ quisq; ditionis limites, curaret vti nec damno plecteretur negociator, nec prædo esset impunitus. Et fortasse tum ciuilitatis gratia dari cœptum est nõ nihil a negociatoribus. At nunc passim huiusmodi portoriis, retinetur viator/vexantur hospites, expilantur negociatores, & cum indies crescat exactio, tamen de tuẽdis illis nulla mentio est. Ita cuius gratia primum constitutio nata fuit, penitus sublatum est, & res salubriter instituta, vitio administrantium prorsus in tyrannidem versa est.

De naufragio eiectis

Constitutum est olim, vt res naufragio eiectæ, prefecto maris occuparentur, non vt in illius aut in principis ius caderent, sed vt per hos caueretur, ne ab iniustis dominis occuparentur, & ita demũ publicæ fierẽt, si nullus exstaret, q iure vindicaret. At hodie quibusdam in locis, quicquid quocunq; modo periit ĩ mari: id veluti suum occupat præfectus, ipso mari immitior, nam quod tempestas reliquum fecit miseris: id ille velut altera tẽpestas eripit.

Leges de prauate in diuersum exitum.

Vide igitur, vt omnia in diuersum exierint. Fur punitur, quod rem alienam occuparit, atqui idẽ facit magistratus, in hoc adhibitus ne fieret, & per hunc bis spoliatur dominus rei, in hoc ipsum cõstitutum, ne quid cui periret. Et per hos maxime vexantur ac spoliantur negociatores, qui hoc consilio sunt inducti. ne vexaretur aut spoliaretur viator. Et per hos fit, ne bona redeãt ad iustum dominũ, quos lex in hoc adhibuerat, ne penes alienum dominum essent. Sunt huiusmodi plurimæ constitutiones, apud multas nationes non minus iniquæ: q̃ ipsa iniquitas, verum non est huius instituti rempublicam vllam taxare. Has vt omniũ fere cões, & oĩm iudicio damnatas, docẽdi gratia recensuimus. Et sunt fortasse quæ citra tumultũ antiquari nõ possint. At hoꝝ antiquatio fauorẽ etiã conciliat principi: & q̃ nullum lucrũ oportet videri maius, honestam opinionem

Vt principe, sic lege nihil oportet esse communius aut

æquius. Alioqui fit, vt quod egregie græcus ille sapiens dixit, nihil aliud sint leges q̃ casses aranearum, quos maiores aues facile perrumpunt, muscis dumtaxat irretitis.

Quemadmodũ Princeps, ita & lex semper esse debet ꝓpensior ad ignoscendum, q̃ ad puniendum, siue quod per se benignius. siue quod magis respondet ad mores dei, cuius ira lẽtissime ad vindictam procedit, siue quod nõ recte elapsus, ad pœnã repeti potest, iniuste dãnato succurri non potest. Is etiã si non periit, qs tñ alterius æstimabit dolorẽ?

Legimus olim huiusmodi fuisse non Principes, sed tyrannos, a quorum factis oportet Christianum Principem q̃ longissime abesse, qui scelera commissa, suis priuatis incõmodis æstimarent, vt iis leue furtum esset, si quis pauperculum bonis nudatum, vna cum vxore & liberis ad laqueum aut mendicitatem adigat, grauissimum vero & multis dignum crucibus: si quis principalem fiscum, aut rapacem questorem, vel nũmulo fraudasset. Item maiestatem lesam clamitarent, si quis de pessimo quoq; Principe mutiret, aut de pestilẽte magistratu paulo liberius loqueretur, cũ Adrianus imperator, ethnicus, alioq nec inter bonos habendus principes, lesæ maiestatis crimen, nunq̃ admiserit, & ne crudelissimus qdem Nero delationes huiusmodi admodum affectarit. Et alius qdã q neglectis in totũ hmõi criminib9 dixerit, in ciuitate libera. linguas item liberas esse oportere

Crimen lese maiestatis publico commodo metuẽdum.

Nullis igitur cõmissis facilius ac lubentius ignoscet bonus Princeps, q̃ quæ ad priuatã suã iniuriam pertinent. Nã cui facilius est eiusmodi cõtemnere, q̃ Principi. At huic vlcisci q̃ facile est, tã est inuidiosum & indecorꝫ. Cũ enĩ vltio pusilli & humilis animi sit argumentum, nihil minus cõpetit in Principẽ quẽ oportet animo esse excelso magnoq;.

Non satis est Principem ab omni crimine abesse, ni criminis etiam suspitione specieq; vacauerit. Quamobrem, non solum perpendet, quid mereatur is, qui deliquit in Prĩcipem: sed quid alii iudicaturi sint de Principe, & suæ

dignitatis respectu nonnunq̃ ignoscet immetenti: & suæ consulens famæ veniam dabit, venia indignis.

Neq; statim illud occlamet aliquis hac ratione parum consuli Principum maiestati, quam sacrosanctam & inuiolatam esse, e republica potissimum est. Imo non alia via rectius consulitur illius magnitudini, si populus intelligat eum tam vigilantem, vt nihil eum fallat, tam sapientem, vt intelligat quibus in rebus sita sit vera Principis maiestas, tam clementem, vt nihil suarum iniuriarũ vlturus sit, nisi cogeret vtilitatis publicæ ratio. Cæsaris Augusti maiestatem, & clariorem & tutiorem reddidit Cynnæ donata venia, cum tot suppliciis nihil profecisset.

Q̃ Priceps se cum toto populi corpore cõferat.

Is demum Principis maiestatem ledit, quisquis id imminuit, quo vere magnꝰ est. At animi bonis magnus est & populi rebus sua sapientia florentibus magnus est. Hæc qui deterit, maiestatis est accusandus. Plurimum enim aberrãt nec prorsus intelligũt veram Principis maiestatem, qui sic eam putant augeri, si q̃minimum valeant leges & publica libertas, quasi duæ quædã res sint Princeps & resp. Quod si faciẽda est collatio inter ea, quæ natura cõiunxit, ne componet se rex cũ quolibet suorũ, sed cũ vniuerso reip. corpore Ita videbit quanto pluris sit illa, tot egregios viros ac fœminas cõplectens, q̃ vnicum Principis caput. Resp. etiam si Princeps desit, tamen erit resp. Floruerunt enim etiã amplissima imperia, nullo Principe, velut ĩ Democratia Rhomanorum & Atheniensium. At Princeps esse nullo modo potest sine rep. Deniq; resp. Principem complectitur, non contra. Quid est enim quod Principem tantum facit, nisi consensus obsequentium? At qui suis bonis, hoc est virtutibus magnus est, is etiam adempto imperio magnus erit.

Proinde palam est istos peruersissime iudicare, qui Principis dignitatẽ his rebus metiũtur: quæ Principis amplitudine sunt indignæ. Proditorem vocãt, nam id vocabulum odiosissimũ esse volenti: qui Principem ad ea deflectentẽ,

quæ nec ipsi decora sunt aut tuta, nec patriæ conducibilia liberis consiliis ad meliora reuocat. At qui illum plæbeiis opinionibus corrumpit, qui in voluptates sordidas, qui ĩ comessationes, in aleam, & alia id genus dedecora præcipitat, num is dignitati Principis consulit? Fidem vocãt, quoties per assentationem stulto principi mos geritur, proditionem: si quis turpibus cœptis obsistat. Imo nemo minus amicus est principi, q̄ qui turpiter assentando dementat & abducit a recto, qui bellis inuoluit, qui persuadet expilationes populi, qui tyrannidis artem docet, qui illum bonis omnibus facit inuisum. Hæc est vera proditio, & non vno supplicio digna.

Vera proditio principis.

Plato vult νομοφύλακας, hoc est eos qui seruãdis legibꝰ ꝑfecti sunt, incorruptissimos esse. Et bonus Prĩceps ĩ nullos debet seuerius aĩaduertere: q̄ ĩ eos q corruptæ leges administrãt. Quanq̄ ipse Princeps νομοφυλάκων primus est.

Expedit igitur vt leges sint q̄paucissimæ, deĩde q̄æquissimæ & ad publicam vtilitatem conducibiles, præterea populo, q̄maxime notæ, vnde veteres eas in tabulis & albo descriptas publicitus exhibebant, quo cunctis essent conspicuæ. Fœdum est enim quosdam legibus cassium vti vice, nimirum hoc agentes, vt q̄ plurimos irretiant, non consulentes reipublicæ, sed veluti prædam captantes. Postremo vt verbis apertis minimeq; perplexis descriptæ, vt ne magnopere sit opus questuosissimo isto hominum genere: q se iureconsultos vocant, & aduocatos, quæ sane professio quondam optimatibus viris fuit peculiaris, & dignitatis habebat plurimum, lucri q̄minimum, nunc & hanc corrupit questus nihil non vitians.

Pauce leges optime ꝛ apertissime.

Plato negat vllum hostem existere posse pestilentiorem patriæ, q̄ eum q leges arbitrio subiiciat hominis, quæ sub optimo Principe valent plurimum.

¶DE MAGISTRATIBVS ET OFFICIIS.

Magistratuum integritas.

PRinceps quam integritatem in se præstat: eandē debet: aut certe proximam a suis officiariis exigere. Neq͂ satis esse ducat, mandasse magistratus: sed plurimum refert: quomodo mandet: deinde vigilādū: vt incorrupte mandatis fungantur.

Prudenter & grauiter admonet Aristoteles: frustra condi bonas leges: nisi sint quorum opera bene conditæ seruētur: imo fit alioqui nōnunq̄: vt optime cōditæ leges: vitio magistratuū in summam reipublicæ perniciem vertantur.

Magistratus e senibus potissimum eligendi.

Quanq̄ magistratus non censu: nō imaginibus: nec annis est eligēdus: sed potius sapiētia & integritate: tamē magis cōuenit: vt natu grandes: ad huiusmodi munia adhibeantur: vnde reip. pendet incolumitas: non tm̄ quod senib9 & plus adest ex vsu rerum prudentiæ: & affectus sunt moderatiores: verē etiā apud populū nōnihil autoritatis illis cōciliet senectus. Proīde Plato vetat, ne legū custodes adhibeātur minores annis qnquagīta: maiores septuaginta. Sacerdotem non vult esse minorem annis sexaginta. Nam vt est etatis maturitas quædā: ita est ætatis processus: cui missio muniumq͂ omnium relaxatio debeatur.

Ordo ciuitatis aut regni: res elegantissima.

Quemadmadum chorus res est elegans: si quidem ordine constet & harmonia: contra ridiculum spectaculum: si gesticulationes vna cum vocibus confundantur. Ita præclara quædam res est ciuitas aut regnum: si su9 cuiq͂ datur locus: si suo quisq͂ fungit͂ officio: hoc est si princeps, quod se dignum est agit: si magistratus suas obeunt parteis: si plebes itē bonis legibus: & integris magistratibus obtēperat. At vbi suum negocium agit princeps: & magistratus nihil aliud q̄ cōpilāt populum: vbi plebes non obtēperat honestis legib9: sed principi ac magistratibus: vtcūq͂ res tulerit adulatur: ibi turpissima quædam rez cōfusio sit oportet.

Primum ac summum principis studium oportet esse, vt q̄ optime mereatur de rep. At non alia re melius potest mereri: q̄ si curet: vt magistrat9 & officia viris integerrimis ac

publici commodi studiosissimis committantur.

Princeps quid aliud est q̃ medicus reipublicæ? At medico non satis est: si ministros habeat peritos: nisi sit ipse peritissimus ac vigilantissimus. Ita principi non sufficit: si magistratus habeat probos: nisi sit ipse probissimus: per quē illi & deliguntur & emendantur. Princeps medicus reipubli.

Vt animi ptes nō oēs pīn valēt: sed quædā impant: aliæ parēt: & tñ corp⁹ tantū paret. Ita prīceps summa reip. pars, plurimum sapere: & ab oībus crassis affectibus alienissimū esse oportet. Ad hunc proximæ accedent magistratus: qui partim parēt: partim impant. parēt principi: impant plebi. Prīceps summa pars reipub.

Ergo præcipue reip. fœlicitas ī hoc sita est: vt pure creentur magistratus: & pure mandētur officia. Deinde sit actio male gesti muneris: quemadmodum antiquis erat actio repetundarum. Postremo statuatur in hos serenissima animaduersio: si conuicti fuerint. Magistratus pure creandi.

Pure creabuntur magistratus: si princeps eos asciscat, nō qui plurimo emant: non qui improbissime ambiāt: non q cognatione cōiūctiores: nō qui ad illius mores aut affectus cupiditatesq; maxime sint accōmodi: sed qui moribus sint integerrimis: & ad functionem mādati muneris aptissimi. Quando pure creātur magistratus.

Cæterum vbi prīceps vnū hoc agit, vt q̃plurimo vēdat officia: quid tandem ab iis expectet, nisi vt itidē reuēdāt: & quōcūq; damnū suū sarciāt, & cauponētur in administrando: queadmodū negociatione sunt cōsecuti. Nec hoc ideo minus pniciosum reip. videri oportet, qa cōsuetudine pessima apd plærasq; natiōes receptū ē, cū ethnicis ēt fuerit improbatū, & Cesareæ leges iubeāt eos q iudiciis p̄sunt prīcipali salario esse inuitādos: ne qua sit illis ansa faciēdi questus.

Olim grauissimum erat crimen corrupti iudicii. At qua fronte puniet princeps iudicem, qui muneribus corruptus pronunciauit aut pronunciare noluit: cum ipse iudicandi munus ære vendiderit, & hanc corruptelam prior suū docuerit iudicem? Hoc præstet princeps erga magistrat⁹: qd Corrupt⁹ iudex.

illos præstare vult erga plebem.

Prudenter admonet in politicis Aristoteles: super om̃nia cauendum esse: ne ex magistratibus lucra proueniãt iis qui ea gerũt. Alioqui geminum incommodum hinc sequi. Nam primũ hac ratione fieri: vt auarissimus quisq; & corruptissimus ambiat: imo occupet & inuadat magistratum & populus duplici discrutietur molestia: tum quod ab honoribus excluditur: tum quod lucro priuatur.

DE FOEDERIBVS.

Debeat,ẽe quis fede-rum scop⁹



N pangendis fœderib⁹: quẽadmodum & cæteris in rebus: nõ alio spectabit bon⁹ princeps q̃ ad publicam vtilitatẽ. Alioq cũ hoc agitur: vt cõmodi⁹ habeant principes populi rebus attenuatis: nõ fœdus est appellãdũ: sed conspiratio. Siqdẽ qui hoc sunt aĩo duos populos ex vno faciunt procerũ & plæbis: quorum alter alterius malo melius habeat: verũ id vbi fit ibi non est resp..

Inter omnes Christianos prĩcipes arctissimum simul & sanctissimum fœd⁹ est, vľ ob hoc ipsum q̃ Christiani sunt. Quorsum igitur attinet cotidie tot fœderibus agere, perinde quasi oẽs omniũ sint hostes, & humanis pactis sit impetrãdum, quod non impetrat Christ⁹? Vbi multis syngraphis res agitur, argumentũ, non optima agi fide, & sæpenumero fieri videmus, vt ex his plurimæ nascantur lites, quæ in hoc adhibebãtur, ne quid existeret litium, cum fides intercedit, & inter bonos agitur, nõ est opus admodum multis & anxiis syngraphis, cum inter improbos, & male fidei homines res agitur, syngraphæ pariunt etiam litis materiã Itidem inter bonos, ac sapientes principes, etiam si nullum intercedat fœdus, cõstat amicitia. Inter stultos ac malos, ex ipsis fœderibus, quæ in hoc adhibebantur, ne bellum exoriretur, bella nascuntur, dũ inter innumeros articulos hũc aut illum violatum queritur aliquis.

Federum incommoda.

Fœdus in hoc feriri solet, vt bello finis imponeretur. At

hodie fœdus appellant, in hoc initium, vt moueatur bellũ. Nec aliud est istorũ fœderatio, q̃ belli molimina. Et vtcũq; se res inclinant, ita ambulant fœdera.

Principum ea debet esse fides, in præstandis iis quæ recipiunt, vt simplex horũ promissum sancti9 sit, quouis aliorum iureiurãdo. Quam igitur fœdum non præstari, quæ solennibus fœderibus pacta sunt, interpositis etiam iis rebus, quibus apud Christianos nihil potest esse sanctius? Et tamen videmus id cotidie vsu venire, nihil addo quorũ vicio. Certe sine vicio non potest accidere.

Si quid in fœdere violatũ videbitur, non statim huc inclinandum, vt vniuersum fœdus irritetur, ne videatur occasio captata recedẽdi ab amicitia. Quin magis adnitendũ vt q̃minimo incõmodo sarciat id quod ruptum est. Quin expedit aliquoties ad quædam conniuere, quãdoquidem nec inter priuatos homines diu coheret necessitudo, si cuncta ad viuum, quod aiunt, exigant. Neq; statim id sequaris quod dictat ira: sed quod publica suadet vtilitas.

Dabit operam bonus ac sapiens princeps: vt cum omnibus pacem habeat: sed præcipue tamen cum finitimis: qui plurimum noceant infensi: prosint amici: & sine quorũ mutuo commercio: ne durare quidem possit resp. Et facile coit & coheret amicitia inter eos: quos lingua cõis: regi[illegible] propiquitas: ingeniorum ac morum similitudo conciliat. Est tanta inter quasdam nationes rerum omnium dissimilitudo: vt prorsus ab illorum abstinuisse commercio longe cõsultius sit: q̃ arctissimis etiam astringi fœderibus. Sunt q̃dam ita procul dissitæ: vt etiam si bene velint: prodesse nihil possint. Postremo sunt quædam adeo morosæ ac fœdifragæ: & insolentes: vt etiã si finitimæ sint: tñ inutiles sint ad oẽm amicitiã. Cum his cõsultissimũ fuerit: nec bello dissidere: nec arctiorib9 fœder[illegible]m: aut affinitatum vinculis alligari: q, & bellum semper sit exitiale: & quorundam amicitia non multo bello tolerabilior. Cum finitimis habenda pax

Principes omniuz ingenia gentium habeat peripectaiz consuetudines cognitas.

Hæc erit igitur vna regiæ sapientiæ pars, gentiũ omniũ ingenia moresq́ cognoſcere, id partim e libris: partim e ſapientũ & expertorũ cõmemoratione conſequetur: ne ſibi neceſſe putet cum Vlyſſe per oẽs terras mariaq́ circũnagi. Ac de ceteris quidem haud facile ſit, certũ aliquid præſcribere. Illud in genere licet pronunciare, non oportere arctiꝰ aſtrĩgi his, quos religio diuerſa a nobis alienat, veluti cum ethnicis, aut quos naturæ prouidentia, alpibus aut fretis ĩteriectis a nobis ſeparat, aut quos immenſum locorũ ſpatiũ penitus a nobis ſemouit, hi nec ad nos accerſendi, nec a nobis impetẽdi ſũt, cuiꝰ rei cũ plurima ſuppetãt exẽpla, tñ vnũ, quod e ꝓximo ſeſe offert, pro oĩbꝰ ſufficerit. Eſt q̃dẽ Franciæ regnũ: rebus oĩbus, oĩm multo florentiſſimũ. At multo eſſet florentius: ſi ab Italia impetenda temperaſſet.

DE PRINCIPVM AFFINITATIBVS.

Principes affinitatez cum suis aut situ ꝓximis iungat.

EQuidem multo ſaluberrimum iudicarim reipub. ſi principum affinitates intra regni fines continerentur, aut ſi quid recedẽdũ ſit a limitibus, cũ proxime finitimis dumtaxat iũgerẽtur, ſed iis, qui ad amicitiæ fidem ſint idonei. Atqui nõ decet (inq̃ũt) regis filiam, niſi cum rege aut regis filio copulari. At iſti priuatoꝶ ſunt affectus, ſuos q̃tum poſſint euehere, a quibus oportet principẽ alieniſſimũ eſſe. Minus potenti nubet prĩcipis ſoror, quid tum poſtea, ſi id magis expediat vniuerſis? Et illi plus dignitatis adferat neglecta ſororii coniugii dignitas, q̃ ſi mulierculæ affectum publicis commodis prætuliſſet.

Qualis vxor ſit ducenda prĩcipi.

Priuata quædã res eſt principũ matrimonium. At huc rerũ humanarũ ſummã pene vocari cernimus, vt ſæpenumero nobis eueniat, q̃d olim Græcis ac Troianis in Helena. Quod ſi placet adhibere delectũ principe dignum, ſeligatur ex oĩbus, integritate, modeſtia: prudentiaq́ commẽdata, quæ optimo principi morigera ſit vxor, & illi liberos vtroq́ parẽte patriaq́ dignos generet. Satis honeſta eſt quocunq́ ſanguine nata, q̃ bono Principi bonã preſtat vxorẽ.

Illud in cõfesso est/nihil æque expedire in rem omnium atq; vt Princeps vehementer amet suos,& ab iisdẽ vicissim ametur. Ad quos ingens habet momentũ patria cõmunis: corporum & animorum similitudo,& nescio quid natiuæ fragrantiæ,quã arcana quædã geniorũ affinitas addit. At hinc magna pars pereat oportet: si hæc omnia cõfundant ĩparia matrimonia. Vix ei fieri p̃t,vt sic natos toto pectore agnoscat patria,aut sic nati toto pectore sint dediti patriæ.

Et tñ vulgus hæc velut adamãtina publicæ concordiæ vincula putat,cũ hinc res ipsa doceat maximos rerum humanarum tumultus exoriri,dũ hic queritur ex sponsaliũ pactis præteritũ nescio qd: hic offensus re quapiam sponsam abducit: ille mutato consilio renunciat priori: & aliã ducit in thalamum,alius aliud quippiã causatur. Sed quid hæc ad remp.? Si principum inter se affinitas prestaret orbi tranquillitatem,optarem oẽs sexcẽtis affinitatibus esse colligatos. At qd ante paucos annos profuit affinitas,quo minus Iacobus Scotorum rex infestis copiis inuaderet Angliæ fines? Et fit aliquoties,vt post diutinos bellorum tumultus,post innumeras clades, tandem affinitate contracta,res componatur: sed vtraq; parte iam malis delassata. Ex affinitatibus mala.

Illud agendũ pricipibus,vt æterna quædam pax coeat inter omneis,& in hoc conferãt sua cõsilia,vt affinitas pacẽ cõciliet,certe perpetuam nõ potest,altero defuncto,soluit̃ cõcordiæ vinculũ. Quod si veris rõnibus pax conflaretur ea stabilis esset ac diuturna. Sed dixerit aliquis: liberoꝝ ꝓpagatione,coniunctionẽ eã perpetuã reddi. Cur igitur ĩter hos maxime bellat̃,inter quos sũma propinqtas est? Imo ꝑ hanc ꝓpagationẽ potissimũ orit̃ regnoꝝ commutatio, dũ ditionis ius aliũde alio trãffertur,dũ hinc decedit aliqd & illic accrescit,qb9 ex reb9 grauissimi tumultus exoriri solẽt

Igitur hisce rationibus nõ fit ne cooriantur bella,sed fit vt atrociora moueantur & crebriora. Dũ enĩ regna regnis affinitate connexa sunt: quoties vnusquispiã offensus est.

is affinitatis iure cōcitat & cæteros, vt ex q̄libet leui offen-
sa, magna pars orbis Christiani statim ad arma moueatur.
& immēsa Christiani sanguinis iactura placatur vnius ho
minis stomachus. A b exemplis consulto tempero, ne quid
offendam quemq̄. In summa, huiusmodi affinitatibus: pri
cipum res fortassis augentur, at populi res atteruntur & af
fliguntur. Cæterum bonus princeps nō aliter iudicat suas
res prospere habere, nisi cū reip. commoditatibus consulit
vt ne dicā interī, quod hac via nō admodū humaniter agit
cū ipsis puellis: quæ nōnunq̄ in procul semotas regiones:
ad hoīes lingua, specie, moribus, ingeniis dissimillimos ve
lut in exiliū relegantur, fœlicius apud suos victuræ, vt ali-
quanto minore strepitu. Q uanq̄ autem hanc cōsuetudinē
video receptiorem, q̄ vt sperem posse conuelli, tamē visum
est admonere, si quid forte præter spem euenerit.

¶ De Principum occupationibus in pace.

Princeps populum suū amat.

P Rinceps igitur Christi decretis, & sapientiæ pre
sidiis instructus, nihil oīm habebit charius, imo
nihil aliud habebit charū, q̄ populi sui fœlicitatē
quē oportet velut vnicū corpus ex æquo tū diligere tum
curare. Et ī hoc vnū omneis cogitationes, oēs conatus, oīa
studia destinabit, vt ad eū modū administret prouinciam
sibi creditam, vt & Christo rationem exacturo probetur, &
apud mortales oēs honestissimā sui memoriam relīquat.

Siue d omisit Prīceps aut in secessu laudatū illū Scipio
nē imitetur, q negabat se vnq̄ minus esse solū, q̄ cū solus eēt
aut minus ociosū esse, q̄ cū esset ī ocio, q[illegible] quoties vacaret
a reip. negociis, sp aīo secū agitabat aliqd, qd ad ciuitatis sa
lutē aut dignitatē ptineret. Imitet Aeneā Vergilianū, quē
prudētissimus poeta: frequēter aliis dormiētibus, multa p
noctē suo cū aīo voluentē facit, quo recti9 suis cōsuleret. Et
Homericū illd oīb9 regie parietib9: sed magis regū animis
īscribi decet. οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα. ᾧ λαοί τ' ἐπιτετράφαται καὶ τόσσα μέμηλε. Quorū carminū hæc ferme

snia est. Haud decet hunc solidã noctem indulgere sopori:
Cui populi commissi, & tanta negocia curæ.
Siue versetur ĩ publico: semper aliquid agat, quod ad rem communem faciat, hoc est nusq̃ non Principem agat.

At magis decet Principẽ in publicis versari functionibus, q̃ abditũ agere. Quoties autẽ prodit, aduigilet, vt ipse vultus, incessus, & p̃cipue sermo talis sit, vt populũ reddat meliorẽ, memor, qcq̃d fecerit aut dixerit ab oĩbus obseruari cognosciq;. Nec enĩ probatũ est sapiẽtibus viris Persarũ institutũ, apud quos domi abditi vitã exigebãt. Et hac vna via studebãt a suis magnifieri, q̃d nunq̃ cõspicerentur, & rarissime sui copiã facerẽt populo. Quod si qñ prodibãt: nihil aliud, q̃ fastũ barbaricũ, & opes malo populi immodicas ostentabãt. Reliquũ æuũ aut lusibus, aut furiosis expeditionibus trãsigebant, perĩde quasi deesset, q̃d pacis tpib9 agat egregius Princeps, cũ tãta semper pateat pulcherrimorum facinorũ seges, si modo adsit Principe dignus anim9.

Non latẽdum principi.

Reges p̃sarum publico abstinebant.

Et sunt hodieq; nõnulli, qui putent id esse parum regiũ, quod solũ est regibus pulcherrimũ, ĩ publicis functionib9 versari. Quẽadmodũ & episcopi nõnulli, nihil minus suũ esse ducũt: q̃ id q̃d vnũ episcopo dignũ est, docere populũ ac miro cõsilio, q̃d peculiare est episcoporum, id veluti indignũ in alios relegant, q̃d sordidissimũ, id sibi potissimũ vindicant. At nõ puduit Mithridatem nõ minus eruditione q̃ imperio nobilem regem suo ore, nulloq; ĩterprete populo ius reddere, quod vt faceret vigintiduas linguas ad plenum legitur perdidicisse. Nec Philippus Macedonum rex parum decorum regi iudicauit/quod cotidie cognoscendis causis sederet. Nec Alexander magnus, huius filius q̃q̃ alias ad insaniã vsq; ambitiosus, cui morem hunc fuisse proditũ est, vt altera aure manu obturata cognosceret, dicens sese alteram illam integram seruare diuersæ parti.

In publicis versari functionibus regi pulcherrimum.

Verum quo magis ab hisce rebus abhorreant nõnulli, p̃uersa educatio principũ in causa est. Etenĩ iuxta vetus pro

Cur a publicis fũc/

tionibus & cognoscendis causis abhorreāt pricipes. Principi nunq̄ deē quod agat

uerbium, quā quisq; nouit artem in hac se libenter exercet: refugiens ab iis, in quibus intelligit se parum valere. Qui fiat igitur, vt qui inter assentatores & mulierculas primum prauis opinionib9, deinde voluptatibus corrupt9, primos illos annos in alea, choreis, & venatu consumpserit, postea gaudeat in his versari functionibus, quarum vsus diligentissimam requirebat meditationem.

Homerus negat principi tātum esse ocii, vt totam noctē edormiat, & isti nihil aliud studēt, nisi vt nouis subinde voluptatibus totius vitæ tœdium fallant, perinde quasi nihil omnino sit quod agant principes. Bono patrifamilias nūq̄ deest quod curet in vna domo, & principi deest quod agat in tam vasta ditione.

Quid agēdum principi.

Bonis legibus occurrendum est malis moribus, corrigēdæ leges deprauatæ, tollendæ malæ, prospiciēdi magistratus integri, puniendi aut cohibendi corrupti. Exquirendæ rationes, quibus tenuem plebeculam q̄minimum grauet, q bus ditionem suā latrociniis ac maleficiis liberet, idq; q̄ potest minimo sanguine, quibus suorum perpetuam concordiam alat ac stabiliat. Sunt his minutiora quædam, sed nō indigna, q̄uis magno principe, lustrare ciuitates, sed hoc animo, vt omnia reddat meliora, quæ parum tuta sunt communiat, publicis ædificiis ornet, item pontibus, porticib9: templis, ripis aquæductibus, loca pestilētiæ obnoxia purget, vel mutatis ædificiis, vel desiccatis paludibus. Amnes incōmode fluentes: alio deriuet. Mare ꝑ cōmoditate publica: vel admittat vel arceat. Neglectos agros colendos curet quo magis suppetat annonæ vis. Parum vtiliter cultos aliter coli iubeat: veluti ne illic vineta sint: vbi vinum cultura indignum prouenit: & frumenta gigni possunt. Huius generis sex milia sunt: quæ curare principi sit pulcherrim: bono principi etiam iucundum: vt nihil vnq̄ sit opus: vel ocii tœdio bellum quærere: vel alea fallere noctem.

Princeps in reip. re-

In his quæ ad rempublicam pertinēt: conuenit principē

esse nõ luxuriosum aut ꝓfusum: sed splẽdidũ: velut ĩ publicis ædificiis: aut ludis: in excipiẽdis legatiõib⁹: si q̃ populi cãm agãt. In his q̃ priuatĩ ad illũ ꝑtinẽt: erit frugalior & cõtractior: ꝑtim ne publico sumptu sibi viuere videatur: partim ne ciues suos luxuriem doceat: multoꝝ maloꝝ parẽtẽ.

b⁹ sit splendid⁹: ĩ priuatis frugalis.

Video veteꝝ ꝑmultos in hoc errore fuisse: & vtinã hodie nullos idẽ habeat error: vt huc oẽs conat⁹ suos intẽderent: nõ vt meliorẽ redderẽt suã ditionẽ: sed vt maiorẽ: qb⁹ illud sæpenũero videm⁹ euenisse: vt dũ ꝓpagãdo studẽt imperio ẽt id ꝑderẽt qd̃ possederãt. Nõ ab re tãtope laudata est illa Theopõpi vox: q negauit sua referre q̃ ingẽs relinq̃ret liberis suis impiũ: mõ meli⁹ ac stabilius. Et Laconicum illud ꝓuerbiũ dignũ mihi videt̃: qd̃ oĩm pricipũ ĩsigib⁹ asscribat̃. σπάρταν ἔλαχες, ταύτην κόσμει hoc ẽ spartã sortit⁹ es hãc orna

Dãda pricipi opera non vt maiorem: sed vt meliorẽ ditionem suam reddat.

Hoc sibi penit⁹ ꝑsuasum habeat bon⁹ Prĩceps: nihil a se geri posse magnificẽti⁹ q̃ si qcqd est hoc regni: qd̃ sors dederit: florẽti⁹ reddat: ac modis oĩb⁹ ornati⁹. Laudat⁹ est a doctissimis viris Epaminõdæ ducis aĩ⁹: cui cũ ꝑ inuidiã mgrat⁹ eẽt delegat⁹: humilis ac vulgo cõtẽpt⁹: ita gessit: vt deinceps ĩt̃ honestissimos habit⁹ a maxĩs viris ãbiret̃: negãs magistratum dignitatem adferre viro: sed virum magistratui.

Epaminondas.

Id cõsequetur: si, quẽadmodũ ex parte demõstrauimus, eas res curet maxime: ꝑ quas resp. stabilitur & illustrat̃ eas rursus excludat, & arceat, quæ reip. statũ reddunt deteriorem. Adiuuatur enĩ maxime boni Principis exẽplo, sapĩa, vigilantia, magistratuũ & officiorũ integritate, sacerdotũ sanctimonia, ludimagistrorum delectu, æquis legib⁹, & ad virtutẽ conducentibus studiis. In his igitur augendis & cõfirmandis sit oĩs boni Principis cura. Leditur aũt diuersis, quæ facilius excludentur a rep. si stirpes ipsas ac fontes conabimur tollere primũ, vnde hæc nasci depræhẽdimus. In huiusmodi rebus sollicitum & ingeniosum esse. Christiani Principis est ꝓbia. In hac salubriter cõspirare, in hæc sua simul cõferre consilia: id demũ Christiãis dignũ prĩcipibus.

Quo pacto regnuꝫ florentius reddatur.

ὁμοίωσις.

Queadmodum corpora cœlestia, si vl' paululũ tumultuent aut recto cursu diuariẽt, nõ sine graui rerũ humanarum pnicie id faciũt, id quod palã videmus in defectib⁹ solis ac lunæ. Ita summi principes, si quid aberrent ab honesto, aut si quid ambitione, ira, stulticiaue peccent, id protinus ingẽti totius orbis malo faciũt. Nec enim vlla vnq̃ eclipsis sic afflixit hominum genus, vt Iulii pontificis, & Ludouici Galliarum regis dissidium: qđ nuper & vidimus & fleuimus.

DE BELLO SVSCIPIENDO.

Contãter & circũspecte suscipiendũ bellũ

CVm nusq̃ oporteat pricipẽ p̃cipiti esse cõsilio: tũ haud alibi cõtantior erit aut circũspectior: q̃ i suscipiẽdo bello: qđ aliis ex reb⁹ alia nascãt incõmoda: ex bello semel oĩm bonaꝝ reꝝ naufragium oriat: oĩm malaꝝ reꝝ pelag⁹ exundet. Deĩn qđ nõ aliud malũ hæret tenaci⁹. Bellũ e bello seritur: e minio maxĩm: ex vnico geminũ: ex ludicro seriũ & cruẽtũ nascit: & alibi nata belli pestis in proximos etiã: imo in procul etiã dissitos propagatur.

Quando tãdem suscipiendũ bellum.

Bon⁹ priceps nũq̃ oĩno bellũ suscipiet: nisi cũ tẽtatis oĩb⁹: nulla rõe vitari potuit. Hoc aio si fuerim⁹: vix vnq̃ existet int vllos bellũ. Deniq; si vitari nõ põt: res tã pestilẽs: tũ proxĩa cura fuerit pricipis: vt q̃minĩo suoꝝ malo: q̃minĩo Christiãi sanguinis ĩpẽdio gerat: & q̃ põt ocyssime finiat.

Que sint ante cogitãda principi bellũ suscepturo.

Primũ illud expẽdat priceps vere Christian⁹: q̃tũ intsit int hoĩem paci ac bñuolẽtiæ natũ aĩal: & int feras ac beluas p̃dationi belloq; natas. Ad hæc q̃tũ intsit int hoĩem & hominẽ Christianũ. Deĩn cõtẽplet: q̃ expetẽda: q̃ honesta: q̃q; salutifera res sit pax. E diuerso: q̃ calamitosa simul & scelerata res bellũ: quãtũq; maloꝝ oĩm agmẽ secũ trahat: ẽt si iustissimũ sit: si quod oĩno bellũ iustũ vocari debet: postrẽo sepositis affectib⁹ vel tãtisper rõem ĩ cõsiliũ adhibeat: dum vere supputarit: quãti cõstiturũ sit bellũ: & nũ id qđ bello deniq; petitur: tãti sit: etiã si certa sit victoria: q̃ nõ sp optiæ causæ fauere solet. Expẽde curas: sumpt⁹: picula: molestũ & lõgũ apparatũ. Accersẽda barbarica fex sceleratissimoꝝ

hoĩm: & dũ prĩceps erga principẽ aĩosior videri vis, ẽt data pecunia bládiendũ ac seruiẽdũ, militi mercenario, quo q̄ dẽ hoĩm genere, nõ est aliud vel abiecti⁹ vel execrabili⁹. Nihil bono prĩcipi chari⁹, q̄ vt suos habeat q̄ optios. At quæ maior aut præsentior morũ pernicies, q̄ bellum? Nihil prĩcipi magis in votis, q̄ vt suos incolumes, ac rebus oĩbus florenteis videat. At dum bellare discit, iuuentutem tot periculis obiicere cogitur, & vna sæpe hora, tot orphanos, tot viduas, tot orbos senes, tot mendicos, tot infœlices reddit?

Nimio cõstabit orbi prĩcipũ sapia, si q̄ tetra res sit bellũ, pergãt expimẽto discere, vt senex aliquãdo dicat, nõ credebam bellũ esse rẽ adeo pestilẽtẽ. Sed o deũ immortalẽ, q̄ innumeris toti⁹ mundi malis istã didicisti sentẽtiã. Intelliget aliqñ inutile fuisse, regni ꝑpagasse fines, & qđ initio lucrum videbatur, summũ fuisse detrimentum, sed interim tot hominum milia, vel extincta sunt vel afflicta. Hæc e libris potius discenda sunt, e cõmemoratione seniorũ, e finitimorũ periculis: tot iã annos ille aut ille princeps, pro tali ditione digladiatur. Quanto plus incõmodi fuit illic q̄ commodi? Non bellãndo ꝗ mala res sit bellũ: sed aliũde discat p͛icep

Eiusmõi res instituet bon⁹ prĩceps, quæ ꝑpetuo placeãt. Quæ affectu sumuntur, tantisper probantur: donec eo tenemur affectu. At quæ iudicio suscipiuntur: & iuueni placuerũt eadem placebũt & seni. Verum id nusq̄ magis obseruandum q̄ in suscipiendo bello.

Plato seditione vocat nõ bellũ: quoties Græci cũ Græcis belligerarẽtur: idq; si quãdo incidisset modestissime iubet geri. Quo nam igitur noĩe vocãdũ censemus: quoties Christiani cũ Christianis digladiãtur: tot vĩculis inter sese connexi? Quid cum id ob titulum nescio quẽ: ob priuatũ odiũ: ob stultam aut iuuenilem ambitionem: & crudelissime geritur: & in multos prorogatur annos? Bellum it christiãos nõ bellum sed seditio est.

Sic principes quidam imponunt sibi. Est omnino bellũ aliquod iustũ, & mihi cã iusta est suscipiẽdi. Primũ an oĩno iustum sit bellum: ĩ medio relinquemus: cui nõ videt̃ sua cã

iusta? Et inter tãtas rerũ humanarũ mutatiões ac vicissitudines, int̃ tot pacta fœderaq; nũc inita, nũc rescissa, cui possit deesse titul9, si q̃liscũq; titul9 satis est ad mouẽdũ bellũ?

At Pontificiæ leges non improbãt omne bellũ. Et Augustin9 alicubi probat. Laudat & diuus Bernardus milites quosdã. At Christus ipse, at Petrus at Paulus vbiq; diuersa docẽt. Cur horũ authoritas minus apud nos valet, q̃ Augustini aut Bernardi? Augustin9 vno aut altero in loco bellũ nõ ĩprobauit. At tota Christi p̃hia dedocet bellũ. Ap̃l'i nusq̃ nõ ĩprobãt. Atq; illi ipsi sancti doctores, a qb9 volũt vno aut altero loco ꝓbatũ bellũ, quot locis idẽ ĩprobãt ac detestãtur. Cur his oĩb9 dissĩl'atis captam9 q̃d alat nr̃a vicia Postremo si qs rem excutiat diligentius, is reperiet a nemine probatũ hoc belloꝝ genus quo nũc vulgo cõflictamur.

Christus & apostoli bellum vbiq; detestãtur.

Quædã artes ob hoc reiectæ sunt a legibus q̃d nimium affines essent ĩposturæ, & plærũq; dolo tractarẽtur, velut Astrologia & Alcimistica, quã vocãt, et si fieri potest, vt aliqs hisce rebus recte vtatur. Id lõge iusti9 fiat in bellis, quoꝝ et si possit aliquod esse iustũ, tñ vt nunc sunt res mortaliũ, haud scio an vllũ eiusmodi repire liceat: hoc est cui9 author nõ sit ambitio, aut ira, aut ferocitas, aut libido, aut auaricia. Sepenũero fit, vt ꝓceres ꝓfusiores q̃ ꝓ re familiari, data opa bellũ suscitent, quo suoꝝ etiã expilationibus rẽ augeãt domi. Fit aliquoties, vt prĩcipes inter se colludãt, & fictis titulis rẽ gerãt, quo magis attenuẽt populi vires, & publicis malis parteis suas stabiliãt. Qua ꝓpter bonus & Christianus Princeps oẽ bellũ q̃tumuis iustũ suspectum habere debet.

Cur a principibus bellum suscipiantur.

At inculcãt nõ esse ius deserendũ. Primũ istud ius magna ex parte ad priuatũ prĩcipis negociũ ꝑtinet, si quid illi accreuit ex affinitate. Vt iniquũ sit hoc tã immẽsis populi malis perseq, & dũ nescio quã ditionis accessionẽ persequeris regnũ vniuersum expilare, & ĩ extremũ discrimẽ adducere? Offendit Prĩceps principẽ in re leuicula, eaq; priuata: nẽpe in affinitate aut alia simili, q̃d hoc ad vniuersũ pp̃l'm?

Oīa bon⁹ prīceps publicis metitur cōmoditatib⁹, alioq ne Prīceps qdē fuerit. nō idē est ius in hoīes, & in pecudes. Bona pars iperii, cōsensus est populi, ea res primo reges peperit. Quod si qd dissidiū ortū fuerit inter prīcipes, cur nō potius ad arbitros itur? Sunt tot epī, tot abbates, & eruditi viri: tot graues magistratus, quorꝫ inīa rē cōfici decebat, potius q̄ tot stragib⁹, tot expilatiōib⁹, tot orbis calamitatib⁹. Eundem ad arbitros si dissidium natum fuerit

Primū suspectū esse debet Christiano Principi suū ius: deinde si maxime constet, expendere oportet: an tātis toti⁹ orbis malis sit vindicandū, qui sapiunt, malunt aliquoties rē pdere: q̄ pseq, qd hic pspiciant minus esse dispēdii. Mallet (opinor) Cæsar concedere de iure suo, q̄ monarchiā illā veterē pseq, & ius illud qd illi deferūt iurecōsultorꝫ literæ.

Atqd erit tutū (inquiunt) si nemo ius suū psequatur? psequatur sane: si id expediat reip. modo ne nimio cōstet ciuibus ius prīcipis. At nūc qd vsq̄ tutū est, dū suū qsqꝫ ius tā ad viuū persequtur? Videmus bella ex bellis nasci, bella bellis succedere, nec vllū tumultuādi modū aut finē. Satis igitē cōstat hisce rōnibus nihil agi. Proinde diuersa tentanda remedia. Ne inter amiculos qdem constabit necessitudo, nisi alter alteri nonnunq̄ cōcesserit. Maritus sæpe quædā cōdonat vxori: ne scindat concordiā. Bellum qd gignat nisi bellum? At ciuilitas ciuilitatem inuitat, æquitas æquitatem. Contra bellum remedium.

Mouebit & hoc Principem pium, & clementem, quod perspiciat: ex tam immensis malis quæ bellum omne secū inuehit, maximam partem ad eos redire, ad quos bellum nihil attinet, quiqꝫ his calamitatibus sunt indignissimi.

Posteaq̄ Princeps vniuersorꝫ malorꝫ subductis calculis summam collegerit (si tamen vnq̄ colligi possit) tū ita secum cogitet, vnus ego tot malorum autor fuero? Tantum humani sanguinis, tot viduæ, tot luctu funestæ dom⁹, tot orbi senes, tot indigne egētes, tāta morꝫ, legū, ac pietatis pernicies mihi vni imputabitur? Hæc mihi luenda Christo? Quid cogitandum principi bellaturo.

Nō pōt prīceps vlcisci hostē, nisi prius hostilia fecerit in

suos. Expilãdus populus, accipiẽdus miles, nõ sine cã Ma-
roni dictus ĩpius. Excludendi ciues ab hisce regionib⁹, q b⁹
antea suo bono fruebãtur. Includẽdi ciues, vt includas ho
stẽ. Et sepenũero fit, vt atrociora cõmittam⁹ ĩ nr̃os q̃ ĩ hostẽ

Bellũ sũ
ptuosi⁹ pa
ce.

Vt difficili⁹ ita pulchrius est, extruere præclarã ciuitatẽ:
q̃ demoliri. Videmus autem ab idiotis & priuatis condi flo
rentissimas vrbes, quas principum iræ demoliuntur. Et sæ
penumero maiore negocio & impẽsa demolimur oppidũ,
q̃ aliud nouum condi poterat: ac bellum tanto sumptu, tã
to dispendio, tanto studio, curaq; molimur, vt decima ea-
rum rerum portione, pax constare potuerit.

Eam gloriam semper affectet bonus princeps, quæ sit in
cruenta, & cum nullius coniuncta malo. In bello vt optime
res eueniat, tñ alterius partis fœlicitas, alterius est pernicies
Sæpenumero flet & victor, nimio emptam victoriam.

Abstinen-
dum a bel-
lis vel ob
christiani
nois hono
rem.

Si non mouet nos pietas, si nõ orbis calamitas: certe mo
ueat honos Christiani nominis. Quid censemus loqui de
nobis Turcas & Saracenos, cũ videant tot iã sæculis adeo
nihil conuenire inter vllos Principes Christianos? Nullis
fœderibus cohærere pacẽ? Fundẽdi sanguinis nullum esse
modũ? & minus esse tumultus inter ethnicos, q̃ inter eos q
ex Christi doctrina summam profiteantur concordiam?

Quam fugax, q̃ breuis, q̃ fragilis est hominum vita: &
quot obnoxia calamitatibus, quippe q̃ tot morbi, tot casus
impetunt assidue, ruinæ, naufragia, terræmotus, fulmina.
Nihil igitur opus bellis accersere mala, & tamen hinc plus
malorum q̃ ex omnibus illis

Officium
conciona-
torum.

Concionatorũ partes erant, dissidiorum affectus ex ani
mis vulgi penitus reuellere. Nunc ferre Gallum odit An-
glus, non ob aliud, nisi quod Gallus est. Anglum Scotus,
tantum quia Scotus est, Germanum Italus. Eluetium Sue
uus atq; item de cæteris, regio regioni inuisa, ciuitas ciuita
ti. Cur hæc stultissima nomina magis nos distrahunt, q̃ cõ-
glutinat omnibus commune Christi vocabulum?

AVTHORE ERASMO ROTERODAMO.

Vt donemus aliquod bellũ esse iustum, tñ qm̃ videmus in hanc pestẽ insanire mortales omneis: sacerdotũ prudentiæ fuit, in diuersam partẽ auocare plebis ac Principũ animos. Nunc videmus hos nõnunq̃ esse belli faces. Non pudet epõs versari in castris. Illic crux, illic Christi corpus. & cũ re plusq̃ tartarea miscẽt cœlestia sacramẽta/ & in tam cruento dissidio adhibent sũmæ charitatis symbola. Quodq; magis est absurdum, in vtrisq; castris adest Christus, velut ipse secum pugnans. Non sat erat inter Christianos tolerari bellum, nisi summus etiam haberetur honos? — Sacerdo/tũ partes.

Si non tota vndiq; Christi doctrina cum bello pugnat, si vnum proferre possint illi: belli nomine cõmendatũ, bellemus Christiani. Permissum erat Hebræis bello cõflictari, sed consulto deo. At nostrũ oraculũ, quod assidue nobis in Euãgelicis literis resonat, a bello deterret, & tñ belligeramur insanius q̃ illi. Dauid aliis virtutibus deo fuit gratissimus, & tamen vetuit ab hoc sibi condi templum, non ob aliud, nisi quod sanguinarius, hoc est bellator esset. Solomonem pacificum in hoc delegit. Si hæc acta sunt inter Iudæos: quid de nobis fiet Christianis? Illi Solomonis vmbram habebant, nos verum Solomonem, pacificum illum Christum omnia conciliantem, quæ ĩ cœlis sunt, & quæ ĩ terra. — A bellis deterrent euangelia

Ego nec in Turcas bellũ temere suscipiendũ esse censeo. Primũ illud mecũ reputans Christi ditionẽ longe diuersa via natã, propagatã, & constabilitã. Neq; fortasse conuenit aliis rationibus vindicari, q̃ qbus orta propagataq; est. Et videmus huiusmodi bellorũ p̃textibus iam toties expilatam plebem Christianã, nec aliud quicq̃ actum. Iam si fidei negociũ agitur, ea martyrũ tolerantia, nõ militũ copiis aucta illustrataq; est, sin de imperio: de opibus: de possessiõibus pugna est: etiã atq; etiã videndũ est nobis, ne res ea parum sapiat christianismũ. Quin vt nunc sunt fere: p quos huiusmodi bella gerũtur, citiꝰ fiat: vt nos degeneremꝰ ĩ Turcas q̃ illi p nos reddãt̃ Christiani: Primũ hoc agamꝰ vt ipsi simꝰ — Bellũ in Turcas.

germane Christiani: deĩde si visum erit: turcas adoriamur.

Verũ de belli malis alias plura cõscripsimus: quæ nõ est huius loci repetere. Tantũ illud hortabor principes Chistiani noĩs, vt omissis fictis titulis & fucatis prætextib9: serio totoq; pectore hoc agant, vt tã diutina tãq; fœda bellãdi rabies inter Christianos finiatur, & inter eos quos tot copulant pignora, pax & concordia coeat. In hoc ingenium explicent suum, in hoc vires expediant, in hoc consilia cõferant, in hoc neruos omneis intendant, qui magni videri student, sic se magnos probent. Id si quis præstiterit, is rem longe splendidiorem confecerit, q̃ si totam Africam armis subegerit. Nec admodum difficile factu fuerit, si suæ quisq; causæ blandiri desinat, si sepositis affectibus priuatis, rei cõmunis negocium agamns, si Christus nobis sit in consilio non mũdus. Nunc dum suum quisq; negocium agit, dũ Pontifices & Episcopi de ditione & opibus anxii sunt, dum principes ambitione, aut ira ferũtur præcipites, dum his obsequũtur sui cõpendii gratia oẽs, in has nimirũ rerũ pcellas incurrimus, stulticiæ ductu. Quod si communi cõsilio, cõe negociũ ageremus, etiã ea quæ cuiq; priuata sunt, magis floreret. Nũc & hoc perit, p quo solo digladiamur.

Pricipes sint studio si pacis.

Neq; mihi dubium est prĩcipum illustrissime, quin hoc sis aio. sic natus es, sic ab optimis & integerrimis viris institutus. Quod superest, precor, vt Christus optimus maxĩ9 tuos egregios conatus bene fortunare pergat. Dedit ille incruẽtum imperium. Idem velit sp esse incruentum. Ille prĩceps pacis dici gaudet. Faxit, idem, vt tua bonitate tuaq; sapientia, tandem ab insanissimis bellis liceat feriari. Pace nobis commendabit, etiã præteritorũ malorũ recordatio: & tui bñficii grãm: supiorꝵ tẽporꝵ calamitates cõduplicabũt.

Perorati uncula ad Carolum principez Maximiani cesaris nepotem.

LIBELLI DE PRINCIPE INSTITVENDO AVTHORE ERASMO ROTER. FINIS.

AD ILLVSTRISSIMVM BVRGVNDIonum principem Philippum, inuictissimi Cæsaris Maximiliani filium, de triumphali illius in Hispaniam profectione, deq; fœlici reditu, Panegyricus gratulatorius, nomine totius patriæ, per Desi. Erasmum Roterodamum conscriptus, & eidem exhibitus, in aula Ducali Bruxellæ, assistentibus clarissimo Comite Nassouuensi, Episcopo Atrebatensi & audientiario. Summus autem Cãcellarius, cognomento de Maigny Principis vice respondit. Anno salutis ab orbe redempto Millesimo quingẽtesimo q̃rto, die festo Epiphãiæ.



Elis nolis, boni consulas oportet, sædulitatẽ atq; adeo licẽtiam nostram, Philippe principũ fœlicissime, q̃ vltro nobis parteis sumpsimus tibi, diuino fauore fœliciter reduci, velut publica voce gratulãdi, nõ vt inusitatã oĩm læticiã nostra orõne cognosceres, quã alioqui vel auribꝰ atq; oculis tuis credere, vel certe ex tuiipsiꝰ animi sensu facile poteras æstimare, sed partim vt hũc diem, quo nullus adhuc illuxit patriæ candidior auspicatiorq;, oĩbꝰ gẽtibꝰ, ac posteritati quoq; (si modo quid tale dici queat a nobis, vt literis in posteros transmitti mereatur) testatissimum celeberrimumq; redderemus, partim q̃d victi ĩcredibili gaudio, ac (prope dixerim) ebrii, quo tuus optatissimus reditꝰ omnium animos nouo more lymphauit, ne potuimus quidem nobis ipsis tẽperare, quin voluptatem hanc incomparabilem apud tuam celsitudinem depromeremus, effunderemus, iactaremus Insolentiam eferuescentis læticiæ nostræ sublimitas tua ferat oportet: quippe que tantam ipsa causam ministrauit. Difficile est silere cum doleas. Vere quidem hoc M. Tullius. At longe difficillimum, nõ loqui, cum lætitia gestias. Quis enim nõ

Non sine consilio ad hunc modum amolitur a pricipe om̃e suspitionẽ affectate laudatõis

Immodicus affectus temulentia quedam est.

In actiõe M. Tullii pro Sylla

aliquando vel ipso sensu didicit: q̄ sit arduum: ingens animi vulnus silẽtio premere? At nos profecto hodiernus docuit dies: impendio difficilius esse immodico ĩperare gaudio, præsertim quod impatientibus votis hoc dulcius cõtigit: quo serius: ac tum non indulgere animo: cum iam sese non capiunt intra præcordiorum sinus: exundantium æstus gaudiorum: & in gloriando tenere modum: cum læticiæ nullus omnino sit modus: denique tum cohibere vocem: cum iam affectui nulla vox par esse queat. Crœsi filio: quem mater mutum ædiderat: vehemens affectus vocem excussit: exprimente videlicet pietate: quod non indiderat natura. Echedem item siue Aeglen (nam de nomine variant authores) Samium athletã: antea semper elinguem: indignatio præerepti tituli præmiiq́ interuersi: repente vocalem reddidit. Nos vero in tam pio tamq́ ineffabili gaudio: quod mutis etiam: quod ipsis (pene dixerim) saxis sermonem queat extundere: qui queso non loqui possimus? Nihil tam sui iuris non est, q̄ animus inopinata recẽtiq́ læticia superfluens. Sed quid apud principem indulgentissimum: patriæq́ non minus amãtem q̄ charũ: iamdudum offensam depræcamur inepti? Quasi vero vllum omnino officium futurum fuerit illi gratius: q̄ quod & a patria: & vltroneũ sit: quodq́ non aut metus extorserit: aut cuiuspiam iniunxerit authoritas: aut publica flagitarit consuetudo: sed affectus liberrim⁹: ac singularis in eum pietas imperarit. Non carebant adulandi specie veterũ encomia atq́ epithalamia. Non poterat funebribus laudationibus perinde sua constare fides. Cur ita? Nempe solennes erant. Demiror: si magopere cœperunt reges: panegirici quondam in conuiuiis dicti. Quare? Nimirum intelligebant hoc obsequii suis cupiditatibus tribui. Parum (ni fallor) cordatiores principes commouebant ille: vel populi: vel senatus acclamationes. Quãobrẽ? Quia ibi siluisse videlicet erat refragari: & nõ acclamasse erat reclamasse. Minus erat accepta

Herodot⁹

Aulus Gelius & Valerius maximus.

Epiphonema.

Varia genera laudationum solennium

gratiarꝫ actio, quam publico more nouus cōsul exhibebat Imperatori. Cur? Nam eam & decreuerat ſenatus: & mos vrbis exigebat. Nunq̄ aūt ſyncerior atq; ab aſſentationum fucis purior poteſt videri gratulatio: q̄ cū nulla gratulandi neceſſitas. Nulla credi debet incorruptiſſimi principis au- ribꝰ iucūdior: q̄ quæ nō more ſolēt: ſed præter morē amo ri tribuitur: & quā non ars finxit: ſed expreſſit pietas. Quā q̄ equidem haud recuſarī intempeſtiuiꝰ videri noſtrꝫ offici- um: modo quod de gratia deceſſerit: id ad libertatis fideiq; pondus accedat. Malim enim apud te de gratia q̄ apud reli quos oīs de ſynceritate in periculum venire: ſiquidem alē- utrum incommodum ſit accipiendum. Atqui nihil neceſſe eſt. Imo qm̄ vti te tuis: charitate nō cedere conſtat: ita gau- dio nequaq̄ imparem eſſe conſentaneum eſt: futurum con- fidimus: vt cōmunem tibi nobiſcum læticiam cōmemora tione noſtra quaſi refricari renouariq;: tam tuæ in patriam cui redditꝰes: pietati gratū accidat: quā noſtris erga te quē recepimꝰ affectibꝰ iucundū. Atq; vtinam in præſentiarum adſit ea dicendi facultas: qua rei magnificentiā: orōnis am plitudine liceat aſſequi tantū. Neq; enim mihi laborādum exiſtimo: vt ea vel verborꝫ phaleris ac lenociniiseniteſcere, vel rhetoricarū amplificationū præſtigiis creſcere atq; at- tolli videatur. Spe maius eſt: ſi de vero nihil detero: ſupra votum eſt: ſi de ſplendore nihil obſcuro: tantum abeſt vt fucos vllos deſyderē. Vnde enim non dicam mihi: ſed cuiq̄ omnino mortalium: tam diues artis oratoriæ ſuppellex: q̄ profectionem iſtam tuam Hiſpanienſem: omnibus trium phis ſpecioſiorem: quæ ſolennes cum regibus congreſſus quæ tot gaudia gentium: quæ totius biennii tam multa decora: quæ feſtiuiſſimum reditum fando æquiparet? Quæ tāta grauitas eloquēdi: quod orationis fulmen vſq; adeo torrēs: vt digne repreſentet: q̄to dolore te patria dimi ſerit abeūtem q̄ta ſollicitudine proſecuta fuerit abſentē: q̄ anxiis votis deſyderauerit morantem: q̄to nūc animi gau-

Summa argumen- ti expoſita ꝓpoſitiōe

dio conspiciat reducē, conspiciat incolumen, neq; adeo incolumen modo, verū etiā tot egregiis animi fortunæq; dotibus cumulatiorē, ornatiorē, fœliciorē? Quibus profecto de rebus plane silere, extremi stuporis sit, tibi nō gratulari maleuoli atq; inuidi, non gratari superis authoribus, prorsus ingrati atq; impii. Hæc igitur dū oratione fideli magis q̄ ornata facio, oro & te clarissime Princeps, & vos ornatissimi proceres aulici: vt me quemadmodū cœpistis benignis auribus audiatis. Sed vnde tandē in tam immēso rerū agmine potissimū dicendi sumam initiū? Nisi quod iuuat in primis (vel quia iam deniq; tutum, vel quod ad præsentis læticiæ cumulum vehemēter facit) meminisse doloris præteriti, qui nobis hoc tam multiplex quasi fœnus gaudiorū peperit. Quandoq̄dem & securitatem dulciorē reddit, periculorum recordatio, & fœlicitatis sensum acuit, antea̲ctorum malorum memoria. Premebat quoad poterat ingentem animi molestiam, patria tuæ sublimitatis amantissima, grauemq; pectoris sollicitudinem, frontis serenitate tegebat, ne videlicet auspicatissimū iter tuū, velut omine tristiore funestaret: & tamen sensisse te puto, inuitis genis erunpentes lachrymas, ac parum bene dissimulata suspiria cum sub oculis nostris duæ illæ ad Hispanicam profectionem pompæ adornarentur, omnium quas nostra vidit ætas pulcherrimæ: neq; opibus tantum, sed multo magis apparatus arte rationeq; visendæ. In quarum altera, tu splendidissimo procerum aulicorū comitatu stipatus, inter pulchros pulcherrimus, sic procul eminebas, vt inter reliquos syderum ignes, aureus elucet Hesperus. In altera rursus generosissima coniunx Iohanna, festiuissimo nympharum agmine cincta. Homericæ illius instar Dianæ inter decentes omneis, ipsa regia specie decentior incederet, q̄ aliis lætum futurū tam nobis in præsens triste spectaculum. Herebit herebit semp animis nostris, lætus dicam an tristis? certe sollicitus ille dies pridie nonas Nouembres, quo, quod

Distributio infestiua.

Narratio a dubitatione

Sentētia.

De discessu illustrissimi principis.

Id ab Homeri cūmitatus ē Maro.

nonnulli literis prodiderunt inclyte Princeps, hoc tu patriæ, tibi vicissim patria, veris expressit affectibꝰ, videlicet hoc esse populo suo bonum Principem, quod animus est corpori, quod sol, orbi terrarum. Quam ægre quãtoq; cũ animi vulnere tu diuellebare (neq; enim nõ sentiebamus) vt illa concidit, vt exanimata est, vt ne viuere quidem sese iudicabat, cum te sibi mentem ac lucem vnicam subduci videret. Discedit anima, mox corpus vniuersum collabatur oportet. Tolle solem e mundo, protinus omnis ista tam nitida naturæ facies squalebit horrebitq;. Summoue Principem e patria ilico frigeant emarcescantq; necesse est, quæcunq; ante floruerunt vigueruntq;. Atqui si te tantum vt dominum vereretur, tuam absentiam suam esse libertatem autumasset. Nunc autem quoniam vt parẽtem amat, vt lumen suũ suspicit, vt delicias suas amplectitur, nihil magis ĩ votis habet, q̃ vt te præsente perpetuo liceat frui. Tutã sese non credit cum abs te non videtur, afflictã putat simul atq; te non videt. Proinde cũ non ignoraret vxori tuæ causam profectionis esse magnopere piam, nempe vt amantissimis parentibus, & si nondum ætate fessis, tamen iam senectæ limini (vt vocat Homerus) vicinis desyderium sui copia expleret, tibi vero etiam grauissimam, nimirum vt opulentissimi florentissimiq; Hispaniarũ regni habenæ, quas iam fatis tibi destinatas apparet, mature tuis manibus admouerẽtur, atq; assuescerent. Neq; non vidit, quantopere & illius interesset imperii, ad factiones domesticosq; tumultus precludendos vt tu illi: viuo adhuc socero, initiarere: & suaipsius referret suas opes tã magnifica accessione augeri fulcirią;. Ad hæc cum memoria teneret iam olim: etiam priusq̃ nascerere: prædictũ ab astrologis (si qua modo huic hominum generi fides) te & fatalem quendam nostræ fidei murum: & Turcarum euersorem aliquando fore: sciretq; Hispaniam vnicũ Christianæ religionis propugnaculum esse nõ potuit sibi nõ blandiri: cũ conspiceret iam tibi decorũ

Priceps mens & sol patrie.

Cause et commoda profectionis Hispanice obiter annotate.

Senecte limen

Astrologi pgnoste.

& immortalis gloriæ tuæ velut oportunissimũ quoddã theatrũ apparari. Vidit & alia, quæ prudens hoc loco præ tereo. Quorũ si nihil fuisset, certe illud non nesciebat, semp̃ hoc egregiis heroibus, tũ ad gloriã magnificũ, tũ ad bene viuendum salutare, tum ad gerendũ imperiũ conducibile visum lustrandis variis regionibus: & in multorũ regũ no ticiam beneuolentiãq; venire, & plurimarũ rerũ vsu, Vlys seam quãdã, hoc est viuã parare sp̃iam. Cũ hæc inq̃ tã mul/ ta sciret patria: tñ o deũ immortalẽ: quot illa modis obni xa est, q̃ grauati, q̃ vix sibi extorsit, vt tuæ subscriberet vo- lũtati? Nõ quo tuæ sublimitati: præire cuperet, aut cõsiliũ tuũ parũ probaret, alioq nõ salutare modo, verũ etiã neces sariũ, sed quod amori ĩ te suo, nõ satis imperaret. Atq; hoc solo noĩe min9 morigera videri poterat, quod effusissime diligeret. Qua q̃dem eius contatione: tuus iste clementissi mus animus non solũ offensus non est q̃n potius bifariam illius pietate gaudebas, & quod tam sollicite amaret, & q̃d hũc ipsum amorẽ charitate tui vinceret. Amoris erat, quod te carere nõ poterat, amoris victoria, quod nolle non pote rat q̃cquid Principem velle aĩaduertisset. Porro cum for- tissimus sit amor, vt q iuxta inclytum poetam vincat oĩa: fortissimo fortius sit oportet, illum ipsum omnia vincẽtẽ vicisse. Iam igitur profectionis causæ, tã multæ tã graues erant, vt ea vel cum magno periculo fuerit suscipienda. At satis liquebat nihil esse extimescendũ, nisi si quid fatale in- cidisset, & tamen q̃d tandem illa sibi periculi non fingebat Quid non anxia pertimuit? Profecto nimisq̃ vere scripsit q̃dã. Res est solliciti plæna timoris amor, q̃ppe qui tutissi mis etiã in rebus, p̃inde vt in magno discrimine trepidare cõsueuit. Terra iter agebatur, Gallias omneis tutas tibi p̃- stabant vel dati obsides, vel quouis pignore certior, Ludo uici regis in te animus, præter cognationis vinculũ, patrio pœne aĩo tibi dediti. Hispanias itẽ, Ferdinandus & rex & socer, & tui sitientissimus obtinebat, Sabaudiã soror Mar

Vlysses prudentia

Maro.

Naso.

gareta, Germaniam pater Maximilianus, & tñ haud aliter tibi pertimuit, q̃ si vitam tuam hybernis fluctibus commisisses: q̃ si bello vehementer ancipiti caput exposuisses, nequaq̃ vel tuæ vel tuorum virtuti diffidens, quam alioqui difficillimis quoq; rebus parem esse cognouerat, sed charitati indulgens suæ, nimiæ fortassis, si modo in Principem optimum vlla potest esse nimia patriæ. Quo leuior timendi causa, hoc insignior timentium pietas. Non tam anxia sollicitudine quondam Rhoma dimisit, vel Scipionē nōdum Aphricanū, vel Paulum Aemylium, cum alterius adolescentiæ: ab hoste insidiosissimo simul & crudelissimo, alterius senectæ ab opulētissimo nō iniuria metuendū esse duxisset. Alexandrū seuerum, quo vix alius fuit princeps laudatior, certatim & senatus & populus deamabat. Eum cum ista ferme ætate, qua tu nunc es, ad Germanicū bellū proficisceretur, & oppido q̃ inuitus dimisit, & vniuersus p centum & quinquaginta passuū milia deduxit, multis qdē cum lachrymis, magnoq; cum animi dolore Vt paria vota facias: certe hoc calculo vincit tua patria, quod hos affect9 exhibuerit ad res tranqllas eunti. Non tam misere metuit noua nupta dulci marito: nauigationem periculosam paranti. Non delicatius mater filio in grauem militiam abituro. Atq; interim (ne qua fuci posset esse suspicio) erat affectus hic priuato simillimus, tū cōis oīum sollicitudo, iidem vultus, eadem vota, eadem vox vniuersorū. Raro idem fingunt multi, nunq̃ vniuersitas, præsertim perpetuo. Graui nimirū argumēto tua tibi gens declarauit, quos animos tibi gestura, quā operam nauatura sit, si (quod omē auertāt superi) res incidat cū hostibus, quæ tam officiose timuerit in rebus pacatissimis. Quid enim nō factura sit pro eo Prīcipe in discrimen adducto: quem simul atq; videre desiit: incolumem sese non putat! Neq; vero simplex erat timendi ratio. Siquidem nonnunq̃ ea fere metuebat, quæ liberis solent parentes propicii, interdū simile quiddam patiens:

Epiphonema.
Scipio aphrican9
Paulus Aemilius
Alexāder Imꝑator.
Collatio exempli.
Sentētia.

Ex Adelphis terẽt

quale (iuxta Mitionem Terentianum) vxor irata patitur atq; zelotypa, diuersa quædã formidabat, vtraq; licet post fœlicem euentum inaniter, neutra tamen neq; stulte plane, neq; πανικῶσ vt Græci loquuntur, aut abs re. Quanq̃ & in his qui temere timẽt, grata cõsueuit esse beneuolentia. In altero nãq; veniebant in mẽtem æstuariæ illæ volubilis heræ vicissitudines, dubiæq; tẽpestates, ac ludus ille fortunæ insolens: quẽ in rebus mortaliũ assidue gaudet ludere: cuius ẽt tranquillitas cordatis viris cõsueuit haberi suspecta. Succurrebat illud Maronis: Nusq̃ tuta fides: Tum q̃ nihil in rebus humanis stabile, quãtæ pro re nata mutatiões animorum. Meminerat nũ raro accidisse, quæ ne timeri quidem poterant. Reputabat tum longinquæ: tum hybernæ peregrinationis incommoda. Intelligebat communia illa morbum: ruinam: proditiones: venena: milleq; id genus fatorum insidias nusq̃ non posse obtingere. Recursabant animo non nulla: tum exterorum: tum nostratium pricipum exempla: quibus eiusmodi profectio: quæ tibi fauore numinis fœliciter cessit: exitium attulisset. Perpendebat quãtum bonorum in te possideret: & quãtum factura iacturæ fuerit: si quid accidisset. Nõ ignorabat: omnem suam incolumitatem: fortunas: opes: pacem: ocium: breuiter vniuersam fœlicitatis suæ summam de tua vnius salute pendere. Deniq; modis omnibus hoc magis timuit tibi: quo minus & per ætatem: & ĩuictum animi robur timebas tibi ipsi. In altera rursum tangebat interdum animum (cur enim iam non audeam fateri?) ne forte sic te regna aliena caperent, vt sui minus meminisses. Verebatur ne qua pars orbis magis blandiretur oculis tuis: ne scilicet hactenus in deliciis domini sui nõ prima modo: verum etiam sola: regionem vllam pati cogeretur vel parem vel etiam priorem. Et sciebat illud hominũ more euenire: vt nouus amor veterem veluti clauus clauum pellat. Ad hæc legerat audieratq; Hispaniam vix vlli terrarum amœnitate cedere: regnum opibus

Pericula pfectionis

Zelotypia patrie.

Laus Hispaniarum

viriſq̀ florentiſſimum: regem ac reginā tui cupientiſſimos gentem principibus ſuis obſequentiſſimam mireq̀ deditā Hæc atq̀ alia ꝑmulta colligēs: aliud ex alio cogitabat: idq̀ fere in peiorem partem: vt ait Comicus. Nihil autem oīno tanti ducebat: vt te diutiꝰ carere vellet: memor vetus illud agricolaꝝ adagium: frons occipitio prior eſt: non tā in vil/ Frons oc/ lis, q̄ in imperiis verū eſſe. Cæteꝝ quātum ad deſyderii mo cipitio pꝛ lestiā attinebat, reliq̄rat nobis tua ſublimitas liberos treis: bone deus q̄ mira frōtis indole: q̄ iucunda totius oris ſimi/ litudine: te nobis veluti referētes. Ac multis quidem ad de/ ſyderii lenimentum: vel ærea ſigna ſuffecerunt. Aliis ſat fu it eſſe: qui abſentem nomine tātum redderet. Suffecturum fuerat efflictim amanti Didoni: ſi quis ei paruulus in aula luſiſſet Aenæas. At ne tam multiplex quidem ſolatium me deri poterat impatientiæ deſyderii noſtri, cum non vnus: ſed tres quaſi Philippi nobis in aulis luſitarent: totq̀ viua tui ſimulachra: te nobis non ſemel præſentem redderent, Abitus Adeo magis vnum illud mali obuerſabatur animo: quod ꝯPhilippi diſcederes: q̄ reliqua omnia cōmoda quæ manebant. De- um immortalem: q̄ inſolita illa rerum facies: cum abeun- tē te patria vdo (vt ait ille) gaudio deduceret: plauſum cū Martial. gemitu: cum vero dolore nō fictā lætitiam: ingētes ſpes cū ſummo metu. pene ex æquo miſcens Miro mō res tā natura pugnātes: intra eadem præcordia ſimul æſtuabant: iiſdem pariter vultibus æminebant: vt prorſus incertum diceres: lætior ne fuerit quod te videret: an triſtior: q̀ mox nō eſſet viſura. metu ne deiectior: ne quod Fatum: tuum ſibi reditū inuideret: an ſpe erectior: q̀ hoc læticiæ fœnore ſic onera- tum hūc diem aliquando cōſpiceret. Quæ tum regio: q̄ ci- uitas: quis vicus: q̄ domꝰ nō geſtiebat: vl'a ſuis reuelli ſedi- bꝰ: ac ducē ſibi vita quoq̀ chariorē ī oēs caſus cōitari Quis tuorū nō ꝑoptabat tecū: atq̀ adeo ꝓ te ſubire: qcqd tibi ti- mebat: potiꝰ q̄ & a ꝑiculis: & a tuo cōſpectu abee! Vt te fau ſtis omnibꝰ: vt religioſis cōprecationibꝰ: vt ſequacibꝰ ocu-

lis psequebamur iam ditionis tuæ pomeriis excedentem: oculis quidem quo ad licuit: votis aũt p omnia comitãtes. Quã tristis deĩde mox: & luctui simillimus squallor omnium vultꝰ occupauit. Cui genti, cui ciuitati, non inuidimus vt q̃ꝗ tuus aduentus exhilararat, nulli non lætissimus: sed iam sine nobis. Quã auidis auribus omnes de te rumusculos captabamus. Quã sitienter, quicquid illa Græci vatis ossa poeticarum dearum linguacissima in vulgꝰ sparserat: facta atq infecta canens arripiebamus. videlicet ad gaudii: doloris, spei, metusq nostri alimoniam. Vt consternarũt oĩm animos, cum alia quædã tristiora, tũ nuncius ille de afflicta principis valitudine, & bis, & nimium verus allatus? Vt rursus erexit de recreata? vt mihi plane videret̃ patriæ pietas, & morbo ducis sui egrotasse, & eiusdem sanitate reualuisse. Quid ego hic de publicis votis dicam? Erãt, nec hi pauci, qui priuatim pro tua salute vota nuncuparent, non aliter, q̃ in morbo parẽtis aut filii. Neq deerant, qui nõ fuerint dubitaturi semet pro tua incolumitate deuouere, nisi morem hũc Christiana lex improbaret, & tibi displicerent quæcũq cum pietate coniuncta non sunt. Neq certiꝰ timuit (opinor) P. R. Claudio Cæsari per id temporis etiãnum gratiosissimo, cum Hostiam profectum ex insidiis periisse falso rumore esset in vrbe dissipatum, neq contantiꝰ incolumitatis illiꝰ fidẽ admisit, q̃n quidẽ hodieq non desunt, qbꝰ te sospitem esse vix tot oculi testes, vix deniq ipsoꝝ oculi fidem faciant. Vtinam interim tuorum vultus, voces, animi auribus atq oculis tuis patuissent. Videsses vnumquẽq quasi domesticarum fortunarum oblitum de tua vnius salute discrutiari. Nec aliũd e interim sermones hominum in conciliabulis, in conuiuiis, in congressibus, nisi de principis valitudine. Nullæ aliæ domesticæ confabulationes ad suos cuiq lares, & foculũ familiarem, vbi nulla neq gaudendi neq dolendi necessitas, sed libere suas quisq curas solet effutire. Nunquam illa tam vsitata tamq solennia fue-

Ossa apd Homeruz dea Fama

Vtrumq Romanis imperatoribus olim fieri consueuit.

Ex sueto.

Miruz absentis philippi desiderium.

runt in occursibus, vt vales? quid agitur? Satin recte? Saluan omnia? quam tum erãt hæc. Vt valet Princeps? Quid agit Princeps? Satin recte res habent Principis? Satin salue? Iam rursum min⁹ trita in discessu illa. Viue. Vale. Bene sit. quam hæc, Viuat inclytus princeps Bene valeat optimus Princeps. Bene sit illustrissimo Principi. Desierant homines sibi fausta precari, omni cura videlicet in te vnum auersa. Nimirum hoc sentiebant. Viuimus, si viuit ille, Male nobis esse non potest, si bene sit illi. In tuto sumus, si ille est incolumis, De vnius illius fato, omnes nostræ pendent fortunæ. Vererer nõ nihil, ne posteritas hæc a me iãdudum per adulationem alleuata, sit iudicatura, nisi multorum annalium fide persuasa, crediderit, nullum vnq̃ memoria hominum principem extitisse, addam illud, ac ne ĩ literis quidem extare, quem sua patria dilexerit, aut syncerius, aut ardenti⁹, quiq; inuicem suos impensius amarit. Præsenti [illegible] quidem neminem arbitror esse, quin intelligat me omnia: etiamsi maiora fide, vero tamẽ minora referre. Porro apud posteros, facile me a vanitatis suspicione vindicabũt, cum alii scriptores historiarum, tũ Gulielmus Hermannus me⁹ quem equidem in hoc tam splendido cœtu honoris causa nomino, vir vnus inter doctos optim⁹, inter bonos doctissimus, qui iampridem res tuas ornatissime Princeps, maiorumq; tuorum, Liuiano pœne ore pergit immortalitati cõsecrare. Sed hactenus quidem de discessu tuo, nunc de commoratiõe pauca. Auexerat enim & sollicitudinem & desyderium nostrũ, mora opinione diuturnior. Nã vt zelotypus amor, semp peiora veretur, ita votis impatientib⁹ nulla non lenta festinatio. Pape, q̃ longus ille annus, q̃ tardi menses videbãtur nobis, quos sine te egimus. Cui non bienniũ illud, ac ne illud quidem exactum, lustro visum est ꝓlixi⁹? Haud aliter cupido sponso tarda ingrataq; fluũt tempora sic piger annus Pupillis, quos dira premit custodia matrũ. Sic horæ numerantur anxiæ parenti, ad diem promissum

Laus doctissimi hominis Gulielmi gaudani

De mora principis in Hispania.

Horatius

Callipides ex Sueto.

reducem expectanti filiũ. Neq; non erat: qui iam in te Græcum illud prouerbium vsurparent: vt Callipiden dicerent non quidem per iocum, vt olim iactatum est in Tyberium Cæsarem lentius absentem, sed plane per impatientiam desyderii serio. Quin etiam interdum quasi desyderio fathiscens patria, nunc tempori tardius eunti, nunc ipsis te remorantibus negociis indignabatur, nunc in teipsum piis conuiciis stomachãs: præsentiam tuam hac ferme oratione reflagitabat.

Prosopopeia patriæ

Quis queso tandem morandi finis inuictissime Princeps, ipsa mihi luce charior? Quo nostri tibi cura recessit? Ergo ne ego ex isto pectore potui elabi, quæ te fœliciter ĩ lucem eduxi, quæ blande gremio foui: quæ in istũ ætatis florem educaui, non sine negocio? Si non prius istic temet auelles, q̃ Hispanias tui copia satiaris, q̃ socero socruiq; sitim expleris tui, q̃ sororis charitati, q̃ parentis pietati satisfeceris, haud equidem scio, an vnq̃ te sim visura denuo. Quod si quis magnitudine desyderii mei temporũ spatia metiatur, iam plus decennnium abfuisti. Multum q dem Hispaniæ debes nomine affinitatis, at plus mihi titulo pietatis. Liceat enim hoc mihi meo iure dicere. Dederit illa sane quondam sorori maritum, tibi nuper vxorem, at ego vitam dedi. Illi inauguratus es, mihi natus. Fateor omnia debere me tibi, sed tu te vicissim debes mihi. Audacter quidem hoc, sed vere dictum. Nam scio me Principi, non tyranno loqui. Neq; adeo me clam est: quod & iam olim de te præsagit orbis, & iamdudum res ipsa declarat, te vnum multis ac maximis imperiis cœlitum decretis Principem esse destinatum. Alia te terra regem, alia asciscet imperatorem, alia aliis titulis adoptabit, Quæ quidem vt tibi mihiq; fausta ac fœlicia sint precor. Cæterum ego vt opibus vĩcar, vt splendore cedam, vt omnibus deniq; calculis sim inferior: hanc certe propriam mihi gloriam tuebor mordicꝰ quod sola Principem genui. Sit alibi cœlum quantumlibet amœnius, meum tamen primum hausisti, Sit alibi ter

ra feracior, hæc vna te primum excœpit, hæc nutricauit. Si verũ est, quod mira quadã natale solũ dulcedine cũctos ducit, & immemores non sinit esse sui, ego tua cunabula seruo Hanc ob causam Iuppiter (vt est in fabulis) nõ minus Creta sua q̃ cœlo ipso delectatur, quæ tamen aluerit modo, nõ etiam genuerit. Vlysses: cum laute apud Circen & Calypso haberetur, cum peragrato q̃ late patet orbe, præter illud prodigiosæ fertilitatis. Aegypti Delta, tot opulẽtas amœnasq; regiones vidisset, ad asperam tamen Ithacam suam p tot discrimina rerum properabat, malens in patria qualibet tenuiter agere, q̃ apud deas nectare ambrosiaq; pastus ἀγήραοσ. (vt ait Homerus) viuere Vespasiano Cæsari Cosana illa villula in qua natus erat, adeo in deliciis fuit, vt ne Imperator quidem vnq̃ desierit frequentare, quæ hominẽ tantum produxerat. Neq; in ea quicq̃ mutari passus est, ne quid oculorũ consuetudini deperiret, abunde satis magnã causam esse statuens, cur eum locum anteponeret omnib9 quod illic primum vagiisset. At ego te, non hominem tantum, nõ priuatum modo: sed Principem, & Principem florentissimum ædidi. Quia genui, repeto vt filium, quia nutricaui, reposco: vt alumnum: qa Principem genui, repeto vt parentem. Tandem aliqñ te mihi redde, tot nominibus debitum, atq; ita demũ me mihi reddideris. Quorsum enĩ me hactenus iactaui fœlicem, si bono meo fruũtur alii? Tãgat tangat aliqñ quæso animum istum tuum, nulli non mitem, vel parentis priuata charitas, vel imperii publica sollicitudo. Postremo vel tantisper te mihi fruendum permitte dum meis deliciis disco carere. Et huiusmodi qdem querimoniis, quas tum impatiens dictabat amor, patria te sibi a teipso reflagitabat. A superis aũt quibus te proficiscentem cõmendarat, qd ego nunc referam, q̃ ardentibus votis, publice priuatimq; tuam celsitudinem repoposcerit? Quam sedula pietate: quibus sacris, qbus precibus, numina demereri studuerit, vt illorum munere, hunc festiuissimũ diem ali

Ouidius.

Iuppiter in Creta a litus Vlysses

ἀγήραος. i. nunq̃ senescens.

quando conspiceret? Graue pietatis erga Principem exemplũ. multis videtur, quod olim omnes P.R. ordines, i Curtianum lacum quotannis ex voto stipem iaciebant, pro salute Cæsaris Augusti, quo quidem vno Prĩcipe nemo fuit vnq̃ patriæ charior. Maius autem, quod calendis Ianuariis strenam in Capitolio mittebant etiã absenti. Ad hæc non superstitiosa assentatione, sed religiosissima pietate, nõ prophanis victimis, sed purissimis votis, nihil aliud optabat a superis nisi Principis reditum, & incolumem, & maturum Hoc vnum publicis priuatisq́; præcationibus, hoc per oĩa templa quotidianis sacris, hoc identidem iteratis oppidatĩ supplicationibus solennibus, hoc monachorum, hoc deo dicatarum virginũ pietas, hoc clerus oĩs, hoc pro se quisq́; deũ optimum maximũq́; exorare satagebat, vt qui Principem sui similẽ, idest optimũ item maximũq́; dedisset: idem redderet, tãtumq́; munus suũ nobis seruaret incolume. En audiuit pia vota numen exorabile, & benignitate sua vicit etiam spes nostras. Nam quæ oĩno vota magis pia videri debent, q̃ quæ pro tam salutari Principe, salutis causa suscipiuntur? Aut quod eximiæ pietati maius premiũ, exorati cœlites queant persoluere, q̃ vt prĩcipem donent Philippe tui similẽ: Preciosa aũt munera, nonnunq̃ plus habent gratiæ reddita, q̃ habuerint donata. Restituit enim te votis patriæ deus, non tantum integra sorte, verũetiã cũ accessione haudquaq̃ mediocris vsuræ. Neq́; vero suum in te officiũ nunc iactitat patria, quippe quæ suo aĩo nullo erga te officio satisfacit. Verum hæc eo libentius commemoro, quod synceram ac prorsus raram quandam tuorum in te pietatẽ testificantur (qua re, quid esse potest sano Principi magis optandum?) cũ quod hæc tibi plane propria contigerunt, neq́; enim cum vllo vel veterum, vel recentiorum Principum cõmunia, quorũ permulti, cõplureis annos, belli causa a suorum oculis abfuisse leguntur, nemo omnium, sic vt tu desyderatus, tanto consensu, tanto ardore, tanta sollicitu-

Ex tranquillo

Optatus Philippi reditus.

Sentẽtia.

dine,idq; votis etiam domesticis,quæ fucum & assentatio
nem nesciũt. Vt nobilitate Cecropem,vt fœlicitate Poly-
cratem:vt opib⁹ Crœsum,vt copiis Xersen,vt victoriis C. Asterisco
Cæsarem,vt triumphis Pompeium præcedas,nihil tamen prenotan-
maius dare possint superi,q̄ hunc talem in te amando,tuo- da sentēti.
rum consensum.Etenim vt ne cõmemorem q̄ subinde ciui Legatio-
tates priuatis decretis: legatos ad tuam amplitudinem ire nes
iusserint,qui ciuiũ verbis,& salutem annunciarent,& ope/ Crebre a
ram officiumq; deferrent:quorũq; oculis te,velut interui- ciuitatib⁹.
serent,vix etiam suis de tua incolumitate crediturae: illud
vero,q̄ insigne veræ pietatis documentum tua gens dedit, Certissi-
quod te & procul:& diutius absente,pœne religiosius sese mus argu
ĩ officio cõtinuerit,q̄ si præsentem vidisset.Nõ temere pri mentū ve
uata domus ĩ officio perseuerat,si paterfami.diutule foris ri amoris.
cessauerit. At in tam vasto ditionis tuæ corpore,quod ex Non teme
tam diuersis lingua moribus ingenioq; membris constat, re pro vi-
nulli interim coorti tumultus, nulla nouarũ rerum moli- vnq̄.
tio,pro se quoq; dante operam,ne quid existeret,quod hãc
lucem nube aliqua tristiciæ offuscaret. Itaq; quod aliis in
populis præsentis domini metus nõ impetrat:hoc tibi pa
triæ pietas vltro præstitit absenti. Præsens absensq; idem In adel-
erit,a Comico sene dicitur:in filiũ amore nõ metu fũgentẽ phis/
officio. Verũ hanc quoq; pietatis laudem Philippe: tua pa
tria superauit: quam absentia tua:nõ modo nõ fecit licenti
orem,sed reddidit etiam officiosiorem. Tanti igitur fuerat
(etiã si nihil aliud)ista peregrinatio,vt hæc tuorũ in te stu-
dia:hũc ardorẽ,hos animos,certioribus argumẽtis habe-
res exploratos:atq; absens deniq; disceres,& q̄tum ipse nos
amares:& quãti vicissim a nobis fieres. Nostra quoq; retu-
lerit te abfuisse:vel hoc certe noĩe,vt q̄topere simus te Prin
cipe fœlices:melius sciremus,posteaq̄ caruimus,& auidius
post hac iucundiusq; frueremur recœpto:q̄ antea nato: q̄ ĩ
augurato. Verum his de rebus mox suo loco plura. Nunc
& animus mihi gestit:& omnium vultus iamdudum flagi

tare videtur, vt totius peregrinationis tuæ, decus, splendorem, festiuitatem, amplitudinē, quasi memoriæ oculis nostra repræsentet oratio, simul vti præsens læticia, quemadmodum doloris, ita & fœlicitatis præteritæ recordatione cumuletur, simul ne nesciamus, quantis nominibus deo rerum tuarum fortunatori gratari conueniat, cuius vnius benignitati acceptum ferri oportet, quicquid omnino in vita fœliciter euenit. Quid autem aliud fuit fortunatissime Philippe, tota ista tua Galliarum, Hispaniarū, Sabaudiæ, Germaniæq; peragratio, q̄ perpetuus quidam triumphus, isq; multo oīm lætissim⁹, ornatissimus, magnificētissimus? Inter innumerabiles Rhomanorum triūphos nullus (opinor) lætior extitit, q̄ Scipionis Aphricani deuicto Hannibale: nullus magnificētior, q̄ Pauli Aemilii, capto Persa rege Macedonum. At posterior hic laudatam illam multorum literis pompam triduo circumegit, alter vno die, vtriusq; spectaculo non nisi vna Rhoma lætabatur. Tu vero vnus tot gentibus iam plus annuum triumphum exhibuisti, eumq; perpetuum, nisi quod toties nouus videri poterat, quoties aliud adires oppidum. Adeo quoquo versum te reciperes ibi protinus oīa gaudiis, gratulationibus, plausibus pstrepebant. An vero lætius, spectare oculis opima spolia, arma cruenta, hominum capita præfixa pilis, cathenatum hostē, incondito saltatu lasciuientem militem: multaq; id gen⁹alia: quæ vel commiseratione fortunæ communis lachrymas excutiant intuentibus: vel periculorum recordatione pauorem incutiāt: q̄ videre tot insignium procerum lumina: videre pompas tot cōspicuis equis: tot pueris: tot puellis: non minus forma q̄ cultu visendis apparatas: videre prīcipem pulcherrimum totius spectaculi miraculum? Videre tot ciuitatum occursus: tot ornatissimas legationes: tot heroas: tot heroinas: tot egregios p̄sules: tot illustreis optimates: videre solennes regum congressus: complexus principum: tam varias aulicorum procerū cerimonias? Deniq;

Historia totius profectionis vsq; ad reditum in patriam. Amplificatio per collationē

tam celebrem vbiq̧ festiuãq̧ mortalium frequentiã! Num cũ his vlla veterũ supplicatio, vlla ouatio: vllus currulis triumphus videbitur conferendus! Illic aliena calamitas: crudelem oculis voluptatẽ adferebat: hic cõmune oĩm studiũ mutuis gaudiis oĩa serenabat. Illic alienis malis pauci fruebantur: hic vno te ex æquo fruebantur omnes. Illic aut irritato hoste bellũ atrocius metuebat: aut confecto non nisi vni9 gentis arma ad tẽpus repressa erant: hic pacem æternã sperabãt omnes: te quasi fatale signum ostendẽtibus supis. Cæsar Augustus cõtinuo triduo treis triumphos egisse legitur. Magnum quidẽ & memorabile. Verũ medius hoc est Actiacus qm̃ victorum ciuium monumenta quædã exhibebat: nõ potuit nõ multorum cũ dolore lachrymisq̧ spectari. At tua festiuitas: mera gaudia: mera tripudia habebat nullo confinio luctus inquinata. Quod quo magis perspicuum fiat ita habere: iam ad profectionis tuæ historiam accingar. Verũ ne singulis commemorandis: nullum inueniat exitum oratio: ex immensa turba rerum: pauca quædam: eaq̧ præcipua decerpam. Iam primum quid vnq̃ aut visum est: aut etiã auditum: ornati9, læti9, festiui9, eius diei spectaculo: quo tibi primum Francæ ditionis quasi limen ingresso: Ludouicus Picardiæ præfectus: vir preter imagines factis quoq̧ & aĩo clarissim9: vna cum ornatissimo agmine procerum eius regionis, occurrens & regiis verbis salutem annuntiabat: & fœlicẽ aduentũ gratulabatur optatissimo hospiti. Tũ vtroq̧ ex agmine sese consalutantium lætissimus fremitus, & vndiquaq̧ aggratulãtis populi voces: iam inde nobis pœne velut de proximo exaudiebanẽ. An quicq̃ sol vidit eo cõuentu magnificẽtius, cũ te inclyta Parrhysiorũ Lutætia, nõ vt hospitẽ, verũ haud aliter: atq̧ numem quoddã demissum cœlitus excœpit! Adeo, vt gẽs alioq̧ regũ obsequiis impensissime dedita, nullũ vnq̃ suorũ regũ: regalius acceperit: q̃ te hospitẽ. Nam qd ego iam referam ludorũ magnificentiã: qbus ingressuri detinuit oculos

Cõtentio ex ꝯtrariis

Triplex Augusti triumph9.

Quomõ i confinio Galliarũ exceptus.

Quomõ a Parrisiis acceptus.

quid augustissimum purpurati senat⁹: quid frequentē lau/datissime illius scholæ: quid totius ordinis ecclesiastici so= lennem occursum? Quid vndas illas hominum: ac maris ī speciem: ad spectaculum effundētis sese multitudinis: quæ sic vias omneis: omneis cāpos: omneis domos late cōpleue rat: vt ea vel Xersis: vix vlli credita turba minor videri po tuerit. Habet eī vrbs hæc vna, tria pariter ornamēta: quorꝫ vnum quodlibet: vix in vlla reperias alia. Clerum ornatis= simum florentissimūq;: scholam: qua non alia: vel numero frequētior: vel eruditissimis in omni doctrinarum genere viris abundantior. Senatum: neq; minus grauem q̄ fuit ille Areopagitarꝫ Athenis: neq; minus celebrem: q̄ Amphycti= onū: neq; minus splendidum: q̄ olim Rhomanus: vt mihi singulari quodam fato: maxima bona miscuisse videatur: summā religionē cum summa eruditiōe: & iusticiam item summam cum vtroq;. Nam & clerū ornāt literæ: & studia cōmendat religio. In senatu vero neutrum desideres. Quo min⁹ mirum: si tanta tū ciuium: tū hospitum multitudine scatet: quanta pro portione non alia sub ditione Christia= na: vt regnum potius q̄ ciuitas: vł regni magis regina debe at appellari. Hæc igitur nihil oīm tibi duxit omittendum esse: quo tuū aduētum redderet ornatiorē. Etenī vt sileam vulgi in te studiū tale, quale ī alium extitit neminem: quid augusti⁹ potuit accidere: q̄ q̄d tres illi pariter ordines tam splendidi: tam graues: eodē die tibi ea detulerunt: quæ nō omnibus regibus deferre consueuerant? Neq; minus gra= tum: quod postridie ornatissimus eius Academiæ prīceps & rector: celsitudinem tuam officiose reuiseret: eamq; solē/ ni oratione decoraret: que nihil dubito: quin animum tuū multis modis delectarit, vel quod admirabilem quandam tum eruditionem: tum facundiam: tum etiā sapientiā præ se ferret: vel quod in ea partī qualis esses cognosceres: virtu tūq; tuarum quasi faciem intuereris: partim cōmonefieres qualis esse deberes: vel quod talem scholæ toti⁹ animum ī

Xersis copie

Laus inclyte ciuitatis Lutecie.

Consalutatio rectoris.

te testificaretur. Illud vero q̃ plenum dignitatis: cum poste ro etiam die: solenniter in venerandum illum & regalē ordinem ascit⁹: in purpurato senatu purpuratus & ipse: quasi regis vice præsideres. Quo quidem die multis visum est ambiguum: tibi ne consessus ille: an tu consessui plus attuleris honestamenti: vsq̧ adeo vterq̧ alterũ decebatis. Quid ego nunc commemorem in tuæ clementiæ symbolum impunitatem concessam maleficis: passim in tuā gratiam apertos carceres: tota Gallia veniā donatā sontibus: ne cui prorsus mortalium liberum non esset in Philipi aduentu gaudere. Quid alia permulta recenseam: quibus ea gens ꝓpriis te regibus honore non solũ æquauit: verum etiam aliquāto ante posuit: idq̧ regis quidē iussu: sed ita volentib⁹ animis: adeo propensis studiis: vt cumulatissimam illius in te voluntatem officio superarit. Etenim cum ille mandasset, vt te nihilo secius: q̃ semet acciperēt: (quo quidem nihil ab humanissimo rege mādari poterat effusi⁹) plusq̃ iussi fuerant, fecerunt: ceremoniis te illi adæquantes: studio præferētes. O rē nouam atq̧ inauditā. An vero creditura est vlla posteritas, Galliarꝫ regnũ tam singulari fauore: tam incredibili gaudio excepisse eũ principē: cui⁹ cũ auo, pauoq̧ bellũ atrox atq̧ cruentũ toties gessisset: cũ socero ēt tum recēs gereret: cui⁹ & cũ patre armis esset conflictatũ? Sed obruebat horꝫ oīm vel sensum: vł memoriā: fatalis q̄dā Philippe toti⁹ orbis in te tuāq̧ sororem bñuolentia. Age vero q̃ triũphale illud ac fauorabile spectaculũ, cũ te Ludouic⁹ Christianissimus Galliarũ rex: in regia sua Blesensi: non secus atq̧ filium, aut si quid esse potest filio iucundius: ineffabili gaudio conspiceret: summa cum veneratione exciperet: incredibili affectu complecteretur: regali magnificentia tractaret: sanctissima fide dimitteret. Certtabat autem cum marito inclyta Gallorum regina: ne min⁹ vel comis: vel magnifica videretur in vxorem tuam: q̃ ille in te fuisset. Porro præter immensum ciborum apparatum: quem si Solo-

Receptio in senatuꝫ regium.

Condonatio malefi ciorum in tota gallia

Carolus ꝛ Philippus huius pater.

Quomō accept⁹ a rege chri stianissimo Galliaruꝫ

mon ipse vidisset: sordidũ (opinor) sese exclamasset, præ-
ter ingentia munera vltro citroq; cõmutata, quod tãdem
non ludorꝝ genus in tuum honorem æditũ est, his diebus,
quos inibi cõplusculos: te regia comitas remorata est? Sed
hæc q̃tumuis honorifica, at illud erat gratius ĩ vniuersum
quod ꝑ eosdẽ dies inter Rhomanorꝝ & Gallorꝝ reges æter
na pax est promulgata. Quam aũt officii plænũ, quod te
regia maiestas oppido Turonensi discedentem ad quingẽ
tos fere passus deduxit, atq; inter amplexus prosperum re
ditum precata: omnia de se sperare iussit. Quo quidem lo
co sumptus omneis quos vniuersus comitatus tuus fece-
rat dicitur in se recepisse, id quod & Blesis decẽ illis diebus
antea fecerat. Iam vero prætermittam cũ simile, quacunq;
ires ciuitatum ac procerum in te tuosq; studium, tum florẽ

Quomõ apud Nauaros acceptus sit.

tissimi Nauarorum regis incredibilem hospitalitatem, cu
ius pater paulo ante regali munificentia tuos omneis acce
perat, at filius propter ætatem fere æqualem, & par vtrisq;
regiæ formæ decus: fraterna quadam charitate tuam celsi-
tudinem complectiti videbatur. Is tibi iterum officiosissi-
me presto fuit apud Baiomam, Ea ciuitas est in Aquitania
extremus Galliarum limes. Omittam item dicere, q̃ iucun-
do miraculo machinis substructi nauigii in hanc vrbẽ in-
uectus sis, quãtis honoribus triduo cohonestatus: q̃ta cum
festiuitate dimissus. Nam eodẽ, quo tu tũ properabas, nũc

Quomõ acceptus in ingressu Hispaniarum.

nostra festinat oratio, nempe ad Hispaniam: cuius quanto
cumulatiora fuerint tripudia, collatis vtrinq; læticiæ cau
sis, cõiicere magis licet, q̃ explicare. Siqdẽ vniuersum illud
regnũ, quo nullũ hodie sol aspicit, neq; latius patens, neq;
florentius, qcqd opum: quicquid nobilitatis, qcqd ingenii
quicquid splendoris obtinet, id omne certatim ad tuũ ad-
uentum condecorandũ deprompsit, atq; effudit. Quin in
sup illas ipsas fortunas suas, qbus facile vincit omneis, aĩo
quoq; suo superauit: dum & quisq; pro se Principum, & in
commune omnes enixissime contendunt, vt officium ali-

quod dignum tua ſublimitate, dignum memoria ſororis, dignũ charitate coniugis: dignum regis reginæq; aduerſus generum & filiam pietate pluſq̃ paterna conferrent. Nimis itaq; longum fuerit, non dicam deſcribere, ſed vel recẽſere feſtiuiſſimos triumphos, quos tu Hiſpaniis, tibi viciſſim exhibuerunt Hiſpaniæ, dum a variis optimatum pompis plurimis occurritur locis, & ad ſingulas regiones, ſingulas vrbes, ſingulos vicos publica gaudia inſtaurantur: quæ cũ ſingula fuerint ſumma, tñ omnia pariter conflata, vel vnicæ illæ nonæ Maiæ vicerunt, in q̃bus Ferdinandus, vnus ſui ſæculi regum magnificentiſſimus, nuſq̃ tñ q̃ in te ornãdo viſus ambitioſior, præmiſſis agminatim tũ aulicæ nobilitatis, tũ eccleſiaſticæ dignitatis ſũmatibus, inter Oleas (id enim nomen viculo) & Toletum vrbem, ĩ tuos filiæq; dulciſſimæ occurrit amplexus, atq; ĩter cõfertiſſimas plaudentium procerum, & aggratulantis vulgi cateruas, in Toletanam regiã induxit, vbi rurſus integrata lætitia: nobilis illa virago Elizabeta, digna prorſus quæ inter priſcas illas heroidas referatur, generum optatiſſimum: gnatamq; iucundiſſimã, obuiis vlnis excœpit, ac lachrymis vtrinq; gaudio manantibus eſt exoſculata. Cuius diei, cum neq; lætitiæ, neq; ſplendori quicq̃ oĩno putaretur adiungi poſſe: tñ hunc quoq; omni decorũ genere ſuperauit, is qui ab eo q̃ntus & decimus eſt conſecutus, cum in Toletana æde, virgini matri ſacra: congregato ſimul vniuerſo flore procerum Hiſpanorũ, aſſiſtente omni faſtigio ordinis eccleſiaſtici, auſpice deo, authore rege, præſente regina, circunfuſa ingẽti multitudine officioꝝ ac magiſtratuũ ciuiliũ, Caſtellano regno, ſolennibus cerimoniis ĩſitus inauguratuſq; es, ac miro conſenſu, & ante hac inaudito omnium ſtudio, ĩ tua verba iuratũ. Cuius q̃dem diei velut æmulus fuit ille ad ſextũ Cal'. Nouembres, cum ſimili ſolennitate: in vrbe Ceſarauguſta Principatũ Aragoniæ ſuſciperes. Q uãta credimus, voluptate p̃fundebatur ea gens, iã olim ægregia ſpectatrix

Quomõ ꝛ vbi acceptus ab Hiſpaniarum rege.

Elizabeta Hiſpaniarum regina.

Quomõ principatui Caſtelle initiat⁹.

Quomõ Aragonie p̃ricipatũ acceperit.

virtutum, cum te cōspecto: intelligeret fortunatissimo im perio suo: nūq̄ optimos reges defuturos: bisq; beatam sese clamitaret, & quod omni virtutum genere excellentissimo Principe vteretur, & quod per te simillimos illi successores sibi posset polliceri? Oīm porro & confirmatæ spes, & gau dia cumulata, dū inibi vxor, munere diuino cōmodum ac fœliciter enixa, parentibus q̄dem ī gremium mellitissimū nepotulum imposuit, tibi vero iam quartū patris nomen dedit: patriæ deniq; charissimum tui suiq; pignus reliquit. Quid obsecro tam lætum: tam tempestiuum poterat vel votis expeti? Quantam aūt inter hæc voluptatem animo persensisse credimus, pientissimū pariter ac sapientissimū socerū, dum viuida adhuc viridiq; senecta, & coram intue retur, in quē tuto tam florentis regni pondus inclinaret: & magna posteritatis parte iam tū oculis frueretur: natis na torum. vt ait poeta: fors visurus (quod faxint superi) & q nascentur ab illis. Ad vtrunlibet multū iam erat causæ for tunatissimo seni, vl' cur magis etiam magisq; liberet viuere videlicet quo diutius te tali genero generiq; non dissimili bus nepotulis frueretur, vel cur æquiore animo sibi puta ret e vita migrandū: quippe q videret sese optimi regis ex tremo, velut actu perfunctū, posteaq̄ hoc quoq; p̄spexisset, ne sibi deterior posset succedere. Siq̄dem Adrianus Impe rator crebrius illud de cōmodo adoptato legitur graui cū dolore dixisse. In caducū parietem incumbimus Videlicet laudatissimi q̄q; Principes nihil tam ad se pertinere statue bant: q̄ vt imperii vices aut simili traderent, aut meliori. So cerum aūt tuum: cum in omni vita: nullum decoris genus omiserit, in quo non vel primas tenuerit, quo tandē animo fuisse credimus, cum virtutum suarum circulum hac velut extrema ansa absoluisset, te parato, non caduco pariete, sed plane muro aheneo: qui facile possis nō solum imperii pō dus, sed & illius gloriam sustinere. Sed q̄ hæc non ficta gau dia, tam verus ille dolor, quo pauloante propemodum cos

Partus duxisse in Hispania

Virgilius ex Home.

Adriani dictum.

Morbus Philippi apud Hispanos.

exanimarat morbus tuus, qui te paucis diebus apud Oleas afflixit. Quod simul atq; regi renunciatũ est, vt nihil expectatis cerimoniis, qbus illũ excipi conueniebat, ipse cũ paucis trepidus atq; anxius accurrit. Qui qdẽ morbus vel ob hoc ipsum diuinit9 accidisse videri potest, vt omneis amoris sinus atq; intimos pietatis recessus penitus excuteret, erueretq;. Quandoqdem & inter Principes verum est, quod vulgo iactari solet, amicos secundis quidem rebus parari, cæterum non nisi aduersis probari. Vt tanti plane sit nõnunq̃ homini quædam parum prospera incidere, quo norit exploratius: cuiusq; in sese fidẽ. Nam integræ quidem res mortalium animos cœlant, at non Lydius lapis, melius purum aurum ab adulterino, q̃ fortuna sæuiẽs, fucatum amicum a vero discernit. Itaq; etiam si nonnulla in tua profectione inciderunt incommoda: ea tamẽ hoc tibi commodi prestitere, vt iam q̃ antea perspectius habeas, q te sua magis q̃ tua causa dilexerint. Quanq̃ in socero non erat optãdum vllum argumentũ quemadmodũ amaret, sed vltro tñ occasionẽ obiecit fortuna, qua magis æminuit, q̃ amaret effuse. Multiplici itaq; fœnore gaudiorum Hispanias cumulasti Principum illustrissime, primum quod tantopere optatus adueneris, deinde quod fœliciter reualueris: preterea quod nouus Princeps, veluti iam exoriens rex Castellanæ Aragonicæq; ditioni sis inauguratus. Tum autem quod gentem iam tuam, pulcherrima prole, eaq; inibi nata bearis Postremo quod te totum partim natura, partim tu ipse talem finxeris: vt nulla non re voluptati sis intuentibus. Ad hæc vt quo propius qs tuas virtutes inspexerit, hoc miretẽ magis quo diutius: hoc satietur minus. Itaq; quas non morarũ causas hinc, socer, hinc socrus innexuit, vt te særo (nihil aũt illis særũ) a suis cõplexib9 auelleres! Neq; enim ita vehemẽter admirandũ, quod te tam cupienter acceperint: hoc miraculo dignius, quod sesquiãno peracto, tamẽ sitiẽtiores tui reliqueris Hispanias, abiens, q̃ aduenicns offen-

Sentẽtia.

Lydius lapis prouerbium

mitigatio.

Epilogus huius partie.

deris. Sed q̄ illis diutina præsentis tui copia cupiditatē nō expleuit: sed irritauit: ita nobis lōgior: inopia: absentis desyderium tui non solum non leniit: verū etiā acuit. Illud autem mihi suggerit interim: ipsa pfectionis tuæ series: quā orōe sequor: in quo tu profecto: generose mentis: & regiæ cuiusdam indolis specimen dedisti: cum de violatis induciis: quæ te authore inter Gallos & Hispanos intercesserant: nequaq̄ vel per literas: vel p legatos purgare te sat haberes: sed repetitis hac gratia Galliis: coram ipse fidem faceres integritatis tuæ: non quidem regi: qui te iam intus & ī cute norat: sed ne vl' apud primatē quēpiam: vel apud mobile vulgus vlla perfidiæ suspicio in tuis hæreret moribus Intelligere mihi videris: ēt nunc: egregio principi non hoc mō præstandum esse: ne rei parum honestæ queat coargui verū etiam: ne quis turpe quid de se possit suspicari. Id aūt vsq; adeo tua interesse iudicabas: vt recti conscientia fretus non dubitaris teipsum innocentiæ tuæ quasi vadem facere: malverisq; de vita: q̄ de opinione in dubium venire. Sed recurro ad iter tuum. Obitis igitur hūc ad modum Hispaniis: peragratis iterū pari cum splendore Galliis: multo lætissimum diem Allobrogū finibus inuexisti: nusq̄ interim nō excitata alacritate incredibili cum adires: nusq̄ non relicto ingenti desiderio cum abires. Vides enim iam dudum quot oppida: quot pagos: quot arces silētio præteruehor: cū tu nihil horū sine festiuo fremitu prætерieris: videlicet exilientibus vndiq; ad tui spectaculum: atq; etiam e lōginquo accurrentibus plurimis: vt neq; tā multos: neq; tā auide ad Cleopatram Aegipti reginam cucurisse crediderim: cum scenico quidem illo: sed prodigioso tn̄ apparatu: ī Ciliam ad M. Antonium p amnē Ciduum: aurea puppi: velis purpureis: remis argenteis: ipsa veneris specie veheret. Quātus ille hominum concursus: quant⁹ applausus: cum tibi florentissimus Sabaudiæ princeps: sororis marit⁹: duci dux: iuuenis iuueni: pulcherrimo pulcherrim⁹ obuiam

Quare rediērit in Galliam.

Etiam opinio parū honesta vitanda pri/cipi.

Ex Plu/tarcho.

properaret cum amantissimo fratri Soror piissima in amplexus occurreret, illa illa delicium orbis Margarita, cui quidem secundum te, mortalium vni, hoc fatorum indulgētia tribuit, vt nulli vnq̄ sæculo gemma illa cuius hæc vocabulum appellatione refert, candorē moribus vincit, fuerit gratior, q̄ ipsa est suo. Adeo fataliter omnium affectibus insedit, vt vix vlla mulier tam cordi fuerit vni, q̄ hæc ē vniuersis. Proinde videre erat per ora spectātium, tam amabilem fratris cum sorore congressum, passim manātes gaudio lachrymas, audire licebat lætos vndiq̨ susurros fausta precātiū vtrisq̨ plaudētium amborum pietati. Et quidem nihil vnq̄ fuit pietatis spectaculo fauorabiliꝰ multitudini. Neq̨ vllam tam efferam, tam barbam nationem vnq̄ aluit tellus quæ huic affectui nō impense fauerit. Cæterum cū iam videlicet ordo pietatis adhortari videret, vt quod socero, qd̄ sorori præstiteras, idem præstares & parenti, in Germaniā properas, vbi quantum excitaris gaudiorum, iamdudum (opinor) suus cuiq̨ suggerit animus. Quantis saliisse tripudiis credimus ingens illud parentis optimi pectus, qui quidem sic te deamat, vt inter priuatos nemo vel indulgentissimus pater filium amet effusius, sic impense tuis fauet incrementis, vt gestiat etiam suam vniuersam & rem & gloriam in te transfundere. Huius igitur in te animum, q norit is facile æstimet, imo ne estimet quidē quantum veræ læticiæ, in intimis illis pietatis adytis persenserit, cum te conspiceret tantis rer̄ successibꝰ auctū, vt quē semper optarat: iam etiam auderet sperare, diē videlicet illum, quo tibi comparatꝰ inferior videretur. Ver̄ a tali quoq̨ patre diuelli sustinens te patriæ votis reddere festinabas, cui secundum deū prīas pietatis parteis deberi, magnꝰ authorum cōsensus est. Vides excellentisse princeps, q̄ nihil alleuem, q̄ nihil affingā, imo q̄ multa ꝑtereā. Nuda tm̄ capita rer̄ attigi, & tamen ipsa ꝑ se simplex cōmemoratio, iamdudū oīm aīos habet attonitos, dū quisq̨ ex aliis alia coniectans, facile intelligit:

Laus illustrissime margarite

Fauorabilis pietas

Aditus in Germani.

Maximilianus.

Reditus i patriam.

q̄ insignē triūphum, quanto cū splēdore, quanto cum gau
Epilogus ꝑfectionis
dio, quanta deniq; cum fœlicitate, per bonam orbis Chri-
stiani partem circumuexeris: inaudita pietate: te cognato:
amico: socero: socrui: sorori: affini: parenti: patriæq; par-
tiēs. Etenim cum Gallia tantū in te contulisset officii: vt ni
Amplifi-catio ex cō paratione
hil accedere posse videretur: tantum tn̄ adiecit Hispania: vt
contentione parum prestitisse Galliam appareret: quæ ci-
tra collationem plusq̄ summa cōtulerat. Neq; potuit soror
impar esse socero, neq; non potuit oēs vincere pater: neq; o
portuit patriam vlli ī officio cedere. Ita prorsus noua qua-
dam contentione ad ornandam peregrinationem tuam a
multis certatum est: dū alii beneuolentia atq; humanitate:
præcurri non volunt: alios pietate vinci natura non sinit.
Nulla autem gens fuit: quæ te non honoribus plusq̄ regiis
Attende q̄ hanc clau sulā lector
dignum iudicarit: dum oēs quiddam in te regia maiestate
præstanti9 ominantur atq; præsagiunt: nullas alias aues se
cuti, nisi quod hoc secum expendunt, quo tu animo: quib9
fatis natus: cui patri: cui succedas socero. Age iam (si libet)
Amplifi-cationes ꝑ collatiōes
antiquitatis miracula in contentionem vocemus: dispicia
mus: num qua veterum heroum profectio: mereatur cum
tua: vel ornamētis: vel festiuitate: vel rerum deniq; successu
componi. At quoniam fabularum ferme consimile est ar-
gumentum: duos e plurimis: sed præcipuos proponamus
Herculem atq; Vlyssem: quorum alterius labores: & ad Ga
Herculis & vlyssis ꝑ egrinatio.
des vsq; peragratus orbis: fœcundam ociosis ingeniis ca-
nendi materiam ministrauit: alterum decēnium terra ma-
riq; vagatū: tam insignem posteris fecit Homerus: q̄ ipse ī-
ter vates eximius. Neq; mea refert: si quis ista fabulosa dix
Usus fa-bularum ī argumen-tando
erit: imo tanto magis mihi res est cum tam doctis tamq; e-
loquentibus viris: qui ea vtiq; ad miraculum confinxerūt.
Iam primum nemo tam superstitiose fauebit antiquitati:
qui Herculanos illos labores: nescio q̄ speciosos certe cala-
Herculis & philippi collatio.
mitosos: cum tuo fœlicissimo itenere conferēdos putet. Si
quidem tota tua profectio pulcherrimi triumphi simili-

ma visa est. Herculis peregrinatio, quæso quid aliud q̄ egregii cuiusdam latrocinii speciem pre se gerit? Ille gladiatoria audacia cū mōstris depugnabat, tuæ maiestati vltro mōstra cesserūt. Ille confecto vno atq; altero pdone: haud scio an pauculis agris ocium peperit, tu amplissimorum imperiorum cōciliator extitisti. Etenim cuicūq; regioni tua sublimitas affulserat, eo protinus non pacem modo, verū etiā lætitiam incōparabilem suo quodam fato adferebat. Sed viuat Hercules. Nam contumeliæ species est, cū hoc te cōparare, cum quo Alexander magnus, ne verbo quidem sese cōferri passus ē. Iam vero ī Vlysseis casibus, q̄ multa sordida, subdola, sycophantica, dū vti tycio in cinere ita ī frōdibus conditus dormit, dū Cyclopi dat verba, dum in Coryleto contextis ramis, nidū ac lustrum sibi parat, dum mēdici specie, reuersus, a solis canibus agnoscitur: cū tua contra peregrinatio semper sui similis fuerit: plena dignitatis: plena celebritatis: plena magnificentiæ. Et si libet fœlicitatis quoq; cōtētionē facere: ille numinibus iratis: mille piculis obiiciebatur: tibi cœlites oēs propicii: fausta secundaq; oīa reddiderunt: vt tu maiore laude pietatis, discrimina vitaris: q̄ ille patiētiæ pruperit. Ille supplex vbiq; atq; ignot⁹: tu nulli nō regū: aut cognat⁹: aut affinis: oīb⁹ aūt non notissim⁹ mō: verū etiā egregie char⁹. Ille sociis oīb⁹ ad vnū amissis: vix solus domū rediit: tu tāto e numero ppaucis desyderatis: reliquū comitatū incolumē ouātemq; reduxisti. Ille exantlatis tot miseris laboribus: ob quos & diuin⁹ poeta idētidē δύσκνορ, .i. miserum vocat, familiā deniq; rediens funestam offendit: tu tam læta domi reperisti oīa: q̄ iucunda occurrerant reliqua peregrinanti. Possem item Osiridis Bacchi, Thesei, Aenææ pfectiōes in hūc producere cāpum sed malo te cum Solone viro laudatissimo committere. Huius decennem peregrinationem Herodotus Græcæ historiæ princeps tantum extulit, quantum ipse dicendo valuit Quem tu mihi trib⁹ potissimū noibus antecedere videris.

Ex Plutarcho apopthegmatis.

Ex homerio dyssea

Comparatio felicitatis.

Homerus

Solonis peregrinatio. apud Herodotum.

Cauſa. Primum enim Soloni haudquaq̄ par fuit ſuſcipiendæ pe
regrinationis cauſa, quandoqdem ille hoc agebat, vt ſuorũ
inuidiam effugeret, tu vt tuas tuorũq; opes augeres. Illius
abitus, haud ita multum aberat a fuga, abſentia non admo
dũ exilio videbatur abſimilis, tuo contra itinere, qd eſſe po
Euentus. tuit ornatius! Deinde euentu, q̄to tu prior, cũ illi negatum
ſit ciuitatem vnam pacatam oſtendere, tu tam vaſtũ impe-
rium, non tranqlliſſimum modo, verũetiam lætiſſimũ re-
periſti. Poſtremo ne hoc qdē titulo inferior tu, quē præci-
pue peregrinationes iſtiuſmodi cõmēdat, quod per eas cõ
tingit multorũ hoīm mentes & vrbes cognoſcere, quemad
Rerum ex modũ de Vlyſſe ſcribit Homerus. Neq; enim alia via per-
perientia. tingi ad veram germanamq; ſapientiæ laudē putauit anti
qtas, q̄ variis obeundis regionibus, cominus noſcendis oīs
generis mortalium ingeniis, periclitandis, exercendiſq; ne/
gociis. Nam ex philoſophoꝝ literis ſomniculoſum quod
dam atq; inane ſapientiæ genus parari: cæterum veram ſa
pientiam nihil aliud eſſe, q̄ plurimarum rerum vſum, tum
eorum quæ euenerũt fidelem memoriam, poſtremo ex iis
Sapiētia conſilium capere, quæ pericula ipſa rerum docuerunt. Pro
vſus & me inde magnopere laudantur a doctis, verſus illi ex Afranii
moriæ filia Togata, cui nomen ſellæ, in quibus ipſa ſophia vſu patre,
matre memoria ſeſe prognatam dicit. In eadem ſententia
fuiſſe videntur Lacedæmonii, qui Apollinem ſapientiæ p
ſidem τετράχειρα καὶ τετράωτον, id eſt quaternis manibus to
tidemq; auribus fingere conſuerunt, illud nimirum innuē
Ex Gellio tes, eum demum prudentem virum haberi debere, qui plu
citatur. rimas res, tum geſſerit tum audiuerit. Ergo (vt cœperam)
ne hac quidem ī parte tu poſteriores tuleris. Etenim ſi vere
ſcripſit Sophocles: Princeps ſapientum congreſſu prudē-
Sapientũ tes euadere, potiuſq̄ luſtrandis regionibus, tibi nimirũ cõ-
familiari- tigit, cum tot regibus congredi, cum tot colloqui legatis:
tas: cum tot magnatibus conuiuere: tot gentium, ciuitatum: fa
miliarum, linguas: cultus, ingenia, mores inſtituta ſpectare

atq; in totum tum plura, tũ maiora licuit experiri biennio q̃ vel Itachensi illi, vel huic Atheniensi decem annis. Nam tantum temporis peregrinatus Solon, errasse Vlysses legitur. Neq; vero statim sapientior, quisquis plus montium: fluminum, oppidorum spectarit, siquidem haud raro coelum non animum mutant, qui trans mare currunt, sed cui plurimum eorum quae tibi, contigerit experiri. Verum fabulas atq; exempla nimis obsoleta iam valere sinamus. Neq; libet Pythagorae, Platonis, Apollonii, atq; id genus aliorum qui celebrantur peregrinationem in comparationem adducere. His enim (qua sunt modestia) sufficiet (opinor) suam peregrinationem in studiosorum hominum conuẽticulis praedicari, neq; postulabunt eam cum tui itineris luce maiestateq; committere. Ad historica pauloq; propiora veniamus. E quibus mirum est, quanto consensu, Alexandri Macedonum tyranni expeditionem Graecia, Caesaris Italia miratur. At ego neutram cum tua profectione conferendam esse contenderim, si modo rem, neq; antiquitate, neq; periculorũ magnitudine, sed dignitate, honestisq; rationibus metiri velimus. Nam per deum immortalem, qd erat omnino Macedonis illius profectio, nisi saeua quaedã tempestas ac turbo fatalis, quoquo versum ingrueret: bello, tumultu, terrore, caede, sanguine permiscens omnia! A qua quidem specie, haud ita procul aberat C. Iulii decẽnis illa, Galliarum, Germaniae, Britãniaeq; vexatio, cum tu interim, quoquo te conuerteres, veluti sol quidem, iucundo affulgens lumine, discussis vndiq; tristiciae nebulis, festiuis gaudiis omnia serenares. Neq; p̃rsus aliter, q̃ simul atq; nouum ver, terris hyberna niue horrentibus, suis illis fauoniis aspirarit, repente omnis rerum facies, mutato squalore enitescit. Ita vbi vbi locorum tua pompa appareret, aut nũciaretur aduentus, illic mox omnia, noua quaedam laeticia occupauit. Illi pacatas antea gentes belli furiis turbarũt, tu bello tumultuantia regna. pace tranquillasti. Etenim cum

Horatius

Horatius

Alexandri regis & C. Cesaris pegrinatio

Inducie i ter gallos & hispanos

socero tuo sæuum atque ardens bellum esset cum rege Gallorum, vterque volens suum dolorem, qui nemini non iustissimus videri solet, communi in te charitati condonauit, statimque hostes suspenso inter se Marte, ad te hospitem ornandum demerendumque pari studio incubuerunt, ne scilicet nõ satis vacaret lætas agere ferias, vbicunque tu adesses, neue vsque pax non esset, vbi Philippus esset ille fatalis pacis author. Illi belli materiam nõ aliter secum circũferebant, quam Cæcias (vt prouerbio dictum est) nubes, tu ocium aut auxisti aduentu tuo, aut fecisti. Illi irrũpebant dira præcantibus omnibus, tu accersitus, inuitatus, efflagitatus ibas, sibi gaudentibus, tibi gratulantibus beneque ominantibus vniuersis. Illorum aduentus improbis modo iucundus esse poterat, & qui iam fortunæ suæ pertesi, res nouas spectarent, tuus vsque adeo nulli non lætissimus fuit, vt sontibus etiam ac maleficis (qui quidem sanabiles essent,) fuerit optabilis, neque optabilis solum, verumetiam salutaris. Oportebat enim illos impunitatis donatæ beneficio prouocari: vt sese ad frugẽ meliorem conuerterent. Illi itaque ex fœlicibus miseros, ex improbis facinorosos aduentu suo reddebant, tu cõtra ex improbis probos, ex calamitosis fœlices faciebas. Ad hæc, illos transuersos agebat, vẽtoso gloria curru, te honestissime rationes ad capessendum iter sunt adhortatæ. Illi famã vndecunque, tu non nisi honestã quesiuisti, quæ tñ vberius vltro tuæ modestiæ: quam illorũ ambitioni respondit. Illi magna quædam gesserunt, sed quæ optimo cuique non probarentur, tua nõ minus honesta, quam magna. Illorum temeritas inuisa patriæ, damnata senatui, cruenta exercitui exitialis gentibus tua fœlicitas nobis salutaris, tibi honorifica, prospera, comitatui, tuis iucunda, exteris lætissima. Age vero iam & Adrianum Imperatorem ĩ primis laudatum, in hãc harenam producamus. Hũc autem Spartianus author est istiusmodi peregrinationibus impensissime delectari solitum, adeo vt quicquid in libris legisset, id oculis coram in/

Ex Aristotele in meteorologicis.

Adriani peregrinatio

tueri concupisceret. Eius tametsi fuit fere pacata magnifi-
caq; profectio, tamen multis modis tuæ cedat oportet. Si-
quidem illi peregrinationem sola persuasit curiositas, tibi
pietas, illi cupiditati indulsit suæ, tu socero morem gessisti
Ille animi causa multa videre voluit, te voluptas ista secu-
ta est, non aũt affectata. Maius enim maius quiddam tuum
istud pectus agitabat, nempe vt Hispaniam, Galliam, Ger-
miam, Britanniã, hoc est orbem Christianum, q citra alpes
est, partim gratia atq; authoritate tua, partim fœderibus:
partim affinitatibus, æterna pace cõglutinares. Postremo
ille & imperator & senex, tamen a nõnullis regibus contẽp
tus est: tu & dux & iuuenis a nullo regum non maximi ha
bitus. Verum ne singulis conferendis infinitum catalogũ
contexam: illud in genere asseuerauerim, nullius omnino
Principis peregrinationem neq; extare in monumentis li-
terarum, neq; i hominum herere memoria, in quam tantũ
fauoris: tantum magnificentiæ, tm̃ festiuitatis, cum incre-
dibili rerum oĩm successu conuenerit, cuiq; tantum hono-
ris in omni vita cõtigerit ambienti, q̃tum tibi duobus his
annis vltro delatum est. Quod si qbus hactenus videor, nõ
tam te, q̃ fortunã tuam prædicasse, atq; illud oĩno tuis lau
dibus deesse putabunt, quod licet amplissime tua fœlicitas
rebus florentibus enituerit: virtus tamen nondum dubiis
in rebus ac bellicis difficultatibus spectata sit, his breuiter
sic respõsum esto. Primum me nõ omnium laudum tuarũ
Panegyricum, sed propriam præsentis diei gratulationem
instituisse. Deinde nimis improbum videatur, iam nũc ab
ista ætate. Nestorea facinora aut Mariãos casus omneis re-
quirere, in qua spem & indolem modo quandam, germinã
tium ac velut herbescentium virtutum laudare posse abũ
de sufficiat. Atq; adeo nequaq̃ me pœniteat: tam ægregia
commoda, quæ non a cæca fortuna cuilibet homuntioni,
sed adeo rebus hominũ consulente, donantur optimo Pri
cipi, in eius laude ponere. Neq; enim reiicienda sunt, neq;

Collatio ex variis rei perso- neq; circũstantiis.

Felicitas Philippi

Nestorea facinora q̃ ipse sibi de iactat apud homerũ mariãi casus qui varios tráq; fortunã eximie fuerit exptus.

Ex iliade

passim oĩbus contingunt gloriosa deorum munera, vt vere dicit Paris Homericus. Quin imo Aristoteles Peripateticæ familiæ parens adeo non contemnit etiam in priuatis fortunæ commoda, quæ vocãtur, vt siquidem ad bonam mentem (vt oportet) referantur, plurimũ ad beate viuendum momenti adferre existimet. Porro aũt in his quibꝰ nõ satis ẽ bonos viros esse, quiq; rem publicam gerunt, tantũ ista valere putat Cicero, vt inter imperatorias dotes, fœlicitatem tãq̃ primariam extremo loco retulerit. Etenim cum nemo bonus Princeps sibi tãtum, sed multo magis patriæ felix sit, nullaq; alia sit regum ducumq; fœlicitas, q̃ vt suos fœlices faciant, profecto nihil æque publicis votis optãdũ nihil æque gratulatione dignum, ac Principis optimi successus. Maxime quod plærũq; rerũ prosperitas cum ĩnocẽtiæ spĩæq; laude coniuncta sit, id quod & prudẽter pspexit & dixit eleganter antiquitas, nimirũ suos cuiq; mores fortunam facere. Neq; falso scripsit Homerus Iouem æquum bona bonis dare, neq; raro verũ est Plautinum illud, digna dignis euenire. Tum haud temere fit, vt recte consulta, non recte cadãt. Siquidem vti scripsit Libanius, qui pietate atq; honesto sua cõsilia metiuntur, iis demum solent res ex sententia euenire. Proinde si vel apud diuinos prophetas, res aduersæ ab iratis, secundæ a propiciis superis immittunẽ, haud ne penituerit, vel in grandeui principis laudibus fœlicitatis præcipuum calculum facere. Quam etiamsi nemo de se præstat, eos tamen mores præstat, quibꝰ ista fœlicitas vel debetur, vel certe datur. Postremo cũ nihil aliud sit optimo principi de sua fœlcitate gratulari, q̃ cœlesti beneficẽtiæ, cui summam bonorum acceptam ferimus, gratias agere, nihil præsentis diei festiuitate magis congruit, q̃ vt oratione nostra cognoscant omnes, esse se fœlicissimos, qui quidem diuino munere, charum cœlo principem, oĩmq; facile tum optimum tum fortunatissimum habeant. Libet igitur etiam atq; etiam cõtemplari: quantum bonorum vna cum

Ordo bonorum in felicitate.

In concione pro Pompeio.

Attende que sit principis felicitas.

Invita pomponij Attici refertur.

Libanius sophista

Principe nobis hodiernus restituerit dies. Iuuat fortunæ ĩ te munificentiam: tuis cum meritis expendere: hoc est (dicam enim crassius) consyderare: q̃ tu amplissima ista fortuna sis dignus. Neq; tamen in præsentia consilium est vulgata illa e demonstratoriis locis repetere: non incomparabile generis tui decus: paternum atq; auitum: imperatoriis imaginibus insigne: Maternum vero Carolo auo: proauo Philippo superbum: quos vtrosq; sic pacis sic belli decora nobilitarũt: vt cuiuis veterũ heroum possint: non solum conferri: verum etiam anteferri. Non istam plusq̃ heroicam totius corporis speciem: procul etiam Principem ostentantẽ, non eximiam: sed decentissimam proceritatem: non insignem capitis honorem: non viuidum quasiq; aquilinum oculorum vigorem: non regiam oris dignitatem: ac totam faciem sic ex amabili quadam venustate pariter ac maiestate temperatam: vt neq; gratia minuat reuerentiam: neq; dignitas officiat gratiæ: qualẽ arbitror fuisse illi: in quo vno quasi geminos vult9 Martis atq; Apollinis apparuisse: scripsit Calphurnius: idq; in rustico quidem carmine: sed quo nihil possit dici minus rusticum. Elucet enim omnino in te talis quidam oris habitus: qualẽ & hostes formidare: & vereri improbi possint: boni vero non possint non amare. Istiusmodi figurã Achilli affinxit Homerus: Aeneæ Vergilius: Talem Africano duci tribuũt historiæ: quam sic augustam esse voluerunt: vt nihil tamen amabilius: sic rursus amabilem: vt nihil augustius. Vt sileã interim istos humeros, ista latera viresq; qbusuis principalibus obeũdis muneribus pares. Ne id qdem referã tametsi memorabile, qđ cum plærisq; necesse sit, imperium sibi multa cæde ac sanguine asserere: ferro tueri periculo ac scelere propagare: tu sine vllo negocio: & in amplissima ditione natus es: & diis (vt aiunt) hominibusq; plaudentibus ad maiora vltro asciseris: adeo nihil in tua fœlicitate cruentum: nihil emptũ cuiusq̃ malo. Non commemorabo in tuæ fœlicitatis excẽ

Laudes principis a triplici bonorum genere.

A genere.

A dotibus corporis.

Calphurnius i bucolicis.

Bona fortunæ.

Laus generosissi-

me domie Johanne. plis nuptias lõge auspicatissimas: puellæ: quæ præter egregia regũ parentum stemmata: eam pietatem pudicitiã: modestiam: prudẽtiam in tuos talamos intulit: vt plane digna videatur: quæ cuiuis veterum heroinarum: non tantum æquetur: verum etiam anteponatur. Neq enim ea vel Penelope castior: vel Claudia religiosior: vel Cornelia Gracchorum nobilior: vel Lampido Lacæna fœlicior: vel Alcestis viri amãtior: vel Turia Aemilia: moderatior obsequẽtiorq: vel Portia, Sulpitiaue fidelior, vel Zenobia generosior, vel Niobe deniq fœcundior. Iam enim quartum fœliciter puerpera: adhuc tam puella: te tam iuuenẽ: toties fecit pulcherrima prole parẽtem: toties Hispaniarum Germaniæq gaudia, dato nepotulo instaurauit: nobis autem ædito nouo Principe lætissimas ferias peperit. Quæ porro res altera tam salutifera imperio: tam idonea ad conglutinandam regnorum concordiam: ad publicam orbis pacem tenacissimis vinculis astringendam: q̃ bonorum Principum fœcũditas? Fere enim (vt inquit Flaccus) fortes creãtur fortibus: neq imbellem feroces progenerant aquilæ columbam. Omittam vero & illud: quod vixdum annum sextum & vigesimum prætergresso vidisse contigit Federicum auũ imperatorem, virum profecto ipso imperio præstantiorem: tum patrem Maximilianum inclytum Rhomanorum regem & iampridem certis omnium suffragiis imperio paterno destinatum: ad hæc socerum Hispaniarum regẽ tot iã terris auctum: tot victoriis nobilem, postremo liberos quatuor: iam nunc indole quadã diuina, oĩa summa de se pollicentes. Hæc inq̃ atq alia permulta sciens prætereo: quorũ & si nõnulla tibi fortasse sunt cũ aliis pricipibus coĩa: haud tamẽ scio: an quisq̃ extiterit: in quem vnum hæc pariter tã multa: tã eximia cõpetierint. Nam ad eũ locum ꝑpero: qui tibi pene peculiaris propriusq videtur esse: quoq tu inter omnes oĩm sæculoꝶ fortunatos principes insignite ꝓcellis Nam & si non paucis multa magnifice contigerint in vita.

Penelope. Claudia. Cornelia. Lampido. Alcestis. Turia. Portia. Sulpicia. Zenobia. Niobe.

Horatius in odis.

Occupatio.

quibusdam etiam adeo indulserit fortuna: vt inde cogno-men quaesierint: veluti Timotheo apud Graecos, Syllae apud Rhomanos: nullius tamen memoria extat: in quem vnum totius patriae: optimatum, regum, gentium, atq orbis prope totius studia: tanto ardore: tamq fatali quadam beneuolentia consenserint. Consenserint dixi? Imo concertarint. Quis obsecro vel eorum qui populares auras: epul, muneribus, congiariis, sportula venabatur: tam gratiosus fuit vni multitudini: q tu tam multis nationibus? Quando Tuditanus ille: de rostris nummos spargens in populum: tantum fucati fauoris emeruit: quantam tu veram saeculi tui beneuolentiam sola commendatione virtutum parasti? Quis vnq tam charus regibus: quis sic omnium ordinum, aetatum apud suos, apud exteros, publice, priuatim, penitus insedit affectibus? Quis te vidit vnq: qui no ilico amare coeperit? Imo quem non vel auditum modo Philippi nomen in tui cupiditatem accendit? Non efficati9 Magnes chalybem attrahit: q tu mortalium omnium mentes: in tui charitatem rapis? Non tam celeriter vicina flamma ad naptham transuolat, q facile tu in omnium pectora descendis. Fuit omnino fatalis quaedam vis diuinitus adiuncta nonnullis ducib9: veluti C. Caesari: vt non solum aspectu: sed ipso quoq rumore: & hostibus formidinem incuterent: & suis lassescentibus animos redintegrarent: Sed quod illis ad belli momenta fuit additum: hoc tibi adest: ad excitandam beneuolentiam: ad dirimenda bella: ad pacem conciliandam. Et quemadmodum Psyllis hoc natura occulta quadam ratione dedit: vt non solum in ipsos venenum non hereat: verum id etiam suctu ab aliis eximant, ita tu vsq adeo nullius odio obnoxi9es, vt ad quoscunq te recipis: ex eorum animis simultatum virus educas. Negat sapientum quispiam illi esse quenq amicum: cui nullus sit inimicus. Caneret (opinor) ille palinodiam sui apophthegmatis: si te modo Philippe vidisset: quem sic aetas tua deamat: vt non solum nemo tibi sit ini

Timotheus fortunat9 Sylla felix.

Tuditan9

Magnes

Naphtha.

Psylli populi.

micus, sed & ex aliis inuicem inimicis, facias amicos. Id ita fieri necesse est, dum & tu nulli non es gratissimus, & nulli inter se possunt odisse, qui idem vehemẽter amarint. Titus Imperator: quod paulo minus, q̃ cæteri, esset inuisus orbis amor est appellatus. Hoc aũt elogiũ, quo nullum vtiq; potest esse pulchrius: in neminem verius quadrat, q̃ in te Princeps inclyte, qui cõmune es oĩm gentium gaudium, vnicæ sæculi tui deliciæ, fatalis regum amor Nemo tuam famam auribus hausit: quin te & oculis contueri cõcupierit. Qui qdem cum fere contemptus authores esse soleant, te nemo vidit, quin pluris q̃ antea fecerit, nemo propius fixiusq; cõtemplatus est, quin magis suspexerit: nemo tecum consuetudinem egit, quin amantiorem tui dimiseris, cũ accœperis amantissimũ. Tuum conspectum, tuum inq̃ vnius conspectum colloqumq; rex Anglorum Henricus, sic auide expetiuit, vt ea gratia fretum illud suum, quo cingitur: trãsmittere non dubitarit: quasiq; in alterum orbem deuenire, id quod post assertũ regnũ antea fecerat nunq̃. In quo dubiũ videri possit, magis te ornarit illi9 iudiciũ, viri (vt quiduis etiam sit) certe non stupidi, qui ob paucarũ horarum congressum, sese continenti crediderit, relicta insula: a qua nõ ignorarit esse sibi periculosius excedere, q̃ vlli fuerit Dionysio Syracusis, an tua potius simplicitas, & syncerae mentis indiuidua comes fiducia, qui te submoto satellitio: solũ ac nudum Britannicæ fidei cõmiseris. Tuũ aduentũ illustrissimus Galliarũ rex Ludouicus vsq; adeo exoptauit, vt te iterum atq; iterum per legatos inuitarit, sic te hospite lætatus est: sic tuo conuictu delectatus: vt non tam tibi habuisse honerem sese, q̃ sibi plurimum dignitatis ex ea re accessisse existimaret. Sapientissimus atq; inuictissimus rex Hispaniarum, post tam multas tamq; opulẽtas adiectas imperio ĩsulas: post tot subacta oppida, post toties fusos barbaros, post tot victoriis auctum regnum, post tot immortales triumphos, hoc vnum suæ fœlicitatis numeris, quasiq;

Titus amor mundi.

Henricus rex Anglorum eius nominis sextus

Rex Gallorum Ludouicus: eius nominis duodecimus.

Rex Hispaniarum

circulo deesse iudicabat, quod te nõdum viderat, quem ha
biturus esset tam opulentæ ditionis, & viuus participem
adiutoremq́; & mortuus successorem. Itaq; vt id confice-
ret, legationibus multo ante præmissis, nõ minore tum in
genio tum studio annisus est, q̃ semper maximis ĩ bellis fu
erat vsus. Vterq; vero sui doloris in alterum obliuisci ma
luit, q̃ tuo conspectu non frui, neuterq; alteri imputauit ad
odium, quod ambo te certatim beneuolentia complecterẽ
tur. Iam vero quis est vsq̃ illustrium Principum, qui tuam
amicitiam non expetat: qui nõ ambiat affinitatem, qui nõ
aliquo necessitudinis genere tibi copulari laboret? Hic hic — Albis eqs
est Philippe pulcherrimus fœlicitatum tuarum calculus,
quo fortunatissimos etiam omneis, albis (vti dicitur) eqs
præcurris, ne in aliis qdem tamen vllo posterior. In cuius
enim vnq̃ senis vita tot ægregia decora: tot ornamenta nu
merari potuerunt, quot tibi contigerũt, adolescẽti? Quid — Catalog' felicium.
ego hic pergam tuam amplitudinem cõferre cum iis, quos
in raro catalogo felicium posuit antiqtas? Age fiat, sed pau
cis. Primum aũt silentio prætercurrã Gygis fabulosam fœ — Gyges.
licitatem: ne Sophidios qdem cõmemoraturus: aut Telos, — Sophidi'. Telus.
aut Cleobes & Bitones: qui si fuere fœlices: & sibi tm̃ fue- — Cleobes. Biton.
runt: & nullo fortunæ beneficio. Nos de fœlice Prĩcipe lo — Polycra/tes
quimur. Porro Polycrati regi insidiatam fuisse sese: nõ fa-
uisse: exitu miserrimo fortuna cõprobauit. Timotheo fœ- — Timothe'us
licitas a maleuolis probri loco obiecta est: videlicet succes
sum cõcedẽtibus, sed industriã detrahẽtibus. Metelli patris — Metelli pater & filij.
orba luminibus senecta: filii fœlicitatẽ offuscauit: Catinus
audax vltor tũ inimicus Aemylianus Scipio. L. Syllam pr — Sylla.
sus in hoc albo non posuerim: qui fœlix dictus est potius
q̃ fuit: aut si fuit: sibi modo fuit fœlix: patriæ vero funest'
Augustũ Cæsarem in hac censura vniuersa mortalitas nũ — Augustus
cupauit: verũ si quis eius fortunas diligentius æstimet: ni-
mirũ dubitare incipiet: vtrũ illi dies sepius mater fuerit an
nouerca: adeo magnis bonis: maxima mala miscuit. Sed in

Scipio aphrican⁹ ter rara fortunæ fauentis exempla: illud in primis memo-rari solet, quod Scipioni: quo duce nullus vnq̃ Rhomano imperio vel charior: vel fœlicior: nullus hostibus, neq; fata lis magis: neq; gratiosior tamen: isthuc fere ætatis: primũ bellum cum Hannibale, deinde consulatus ingenti comiti orum consensu delegatus est. Eqdem cum Imperatore hoc cui tantum formæ, dignitatis: animi, dexteritatis, consilii, fœlicitatis diuinitus tributum ad res gerẽdas videtur: quã tum non aliis omnibus, tuam Philippe celsitudinem, & sæ pius iam: & lubenter, neq; id sine læto quodam animi præ sagio, confero. Verum illi neq; perpetua fuit fœlicitas, & ti bi pœne in ipso vitæ limine contigerunt: q̃ multa q̃q; insi-gnia illi ne in tota qdem vita. Quæ qdem etiamsi tibi gra tuito quodã numinum fauore tribuerentur: si maxime tã

Laus a bonis animi perdeflexionem ta commoda εὕδοντι κύρτος (vt est Græcis in puerbio) id est dormiẽtis rete caperet, tñ prĩcipatus esset ista, si non Principis: fœlicitas, tñ si non tibi, certe patriæ gratulandũ certe gratandũ superis: a quibus ista nobis per te proficisce rentur. Nunc vero q mores contempletur tuos: is nõ mul tam successuum partem imputet cœlo, nisi illi & mores: &

Fortuna quid quicqd sumus, id omne semel deberemus. Si fortuna secun da nihil aliud est, q̃ ꝓpicii numinis fauor, eum nihil æque conciliat: ac pietas. Ne apud homines qdem quicq̃ est, vna virtute fauorabilius: amabilius, mirabilius. Ergo fœlicita-tem istam non alii q̃ tuæ virtuti debebas: nisi deo & ipsam virtutem iuxta Christianam phiam deberes. Porro si qua omnino perfecta fœlicitas in hac vita censeri debet, mirum ni ea est, cum ad ægregias corporis dotes pares animi virtu tes respondẽt, tum has quoq; fortunæ successus adæquat. In te rara quidem corporis species: sed dignus erat tam bel lo domicilio animus longe pulcherrimus. Prælustres nata lium imagines, sed quas factis reddas etiã illustriores. Pro-speri fortunæ afflatus, sed isti prudentiæ, consilio, sollicitu dini debiti. In aliis mediocris potestas odio obnoxia ẽ: me

diocris prosperitas inuidiæ patet, in te vtraq summa: neq inuidiosa tibi, neq cuiq̃ hoĩm inuisa, sed maximis pariter ac minimis fauorabilis plausibilisq, ꝑpterea quod nemo nõ intelligat incorruptissimos tuos mores istis veluti præmiis esse dignissimos. Nam q quæso fieri poterat, vt propicios nõ haberet superos, ista tam pura in deum religio, ista singularis in patrem pietas, quantam vix in vllo priuato inuenias? Quã qdem precamur, vt semper secundis in rebus potiusq̃ tristibus, & patri liceat experiri: & filio præstare. Quis media de plæbe sic nutibus omnibus parentis obtẽperat, vt tu, qui quoties patriæ voluntati mos gerũdus est: ibi Principem oblitus, filium te tantum esse meministi. Est autem illud a magnis quoq theologis obseruatum: ex decem illis, decalogi quẽ vocant: præceptis huic vni præmiũ adiectũ fuisse: vt si qs erga progenitores pietatẽ coluisset: eum nõ modo vita maneret immortalis, verum & ĩ hac interim vita, tum lõgæuitas tum prosperitas. Quod idem & vulgo iam obseruatum, in iis qui sacra numinibus: debita religione venerantur. Negant enĩ multis iam sæculis ducẽ extitisse, q a templis: a monasteriis: a deo dicatis viris vim cõtinuerit (quemadmodũ tu facis & facies) qn idem in rebus gerendis miro successu sit vsus. Contra qsqs ausus fuit ius ecclesiasticum tyrannide violare: & in clerum abuti potestate: is & misero & maturo exitu pœnas vltori deo dedit Iam quod coniugii fidẽ tanta religione seruas: eqdem magnæ laudis loco nõ referrem: nisi isthuc vulgati Principũ aliorum mores: rarum ac memorandũ efficeret. Quis aũt vel diuorum vel hoĩm non isti saueat tam singulari: ĩ ætate tam feruida cõtinentiæ? In tanta fortunæ indulgentia: tantæ animi moderationi? In tanto negociorum oĩm successu tam incredibili modestiæ? In tanto principatus fastigio: tã amabili tãq plebeiæ comitati: affabilitati: facilitati. Deniq in tã absoluta potestate: tam diligenti sanguinis et vilissimi parsimoniæ? Quis autem fortuna dignior, q̃ qui

Pietas in deum.

In parẽtẽ

Ex Origene

Cõtinere a deo dicatis.

Fides coniugij:

Cõtiuẽtia

moderatio

Comitas.

nihil inde in suos transmittit mores: neq quicq̃ ex ea sibi vendicat: nisi vt q̃ plurimum prosit omnibus? Cui magis par est licere omnia: q̃ qui nulli non lenissimus: ipse nihil i/
Clemẽtia dulget sibi? Deniq cui potius summam fœlicitatem & gratulentur mortales: & largiantur immortales: q̃ qui eam nõ animi fastu: nõ vllis priuatis emolumentis: sed totam pub/licis patriæ commodis metiatur? Illud autem plane paternum habes: quod vt in toto tuo impio nihil est te vno maius: ita nihil te vno moderatius: nihil clementius: nihil exorabilius. Itaq pulcherrimum illud naturæ exemplum: qđ in apibus nobis proposuit: exprimens: in tanto examine: tuo ductu viuentium: solus aculeum non habes: nec vnq̃ (quãtum quidẽ in te est) fulmen mittis: nisi salutare. Adeo q publici cuiusdã parentis affectum in tuos omneis imbibisti: vt improbis etiam cupias parcere: si vel illi velint resipiscere: vel tu tibi permittas aliquid aduersum leges: quib9
Bñficẽtia tuo potissimum exemplo vis pareri. Porro nulla principũ
Clemẽtia neq tam propria virtus: neq tam multitudini grata: q̃ bñficentia in promerentes: ignoscentia in eos qui peccarunt. Nam reliquas quidem virtutes: vt cuiusq refert: ita quisq miratur ac laudat: beneficentiæ applaudunt: & ii qui non egẽt: ignoscentiã amant etiam innocentissimi. Alias vt humanas probant: hanc vt diuinum quiddam suspiciunt. Etenim cũ Princeps inter mortales: quasi numinis vice fungatur: nihil autem deo vel ad beneficentiam propẽsius: vel a sæuicia alienius: neq quicq̃ aliud omnino sit deus, vt ait
Deus est iuuare mortalem Plinius, q̃ iuuare mortalem: profecto quo quisq maius gerit imperium: hoc oportet propius ad istam imaginem accedere: quo vero propi9 accesserit: hoc eum magis numinis loco mortalitas venerabitur. Rursus vsq adeo res est execrabilis in rege crudelitas: vt nemo temere tam tyrãnus fuerit: quin speciem aliquam clementiæ affectarit. Quæ quidem in perpaucis etiam laudatis Principibus sic extitit: qn alicuius vicii confinio lederetur. In Mecœnate benignitatẽ

& sanguinis abstinẽtiam, mollíciei labes contaminauit. In Flauio Vespasiano tantũ erat clementiæ: vt iustis etiã sup/ Mecenas
pliciis illachrymasse atq ingemuisse legatur: sed huius lucẽ Fla. Ves-
pecuniæ cupiditas offuscauit. In C. Cæsare simulata fuit pasianus.
clementia, in Tito Vespasiano cũ imperio assumpta, ĩ mul C. Cesar.
tis dissimulata seuicia. Cæsaris Augusti miram lenitatẽ cũ Octauius
alii multi, tum L. Cinna testatur, qui coniurationis in eum Cesar.
author, non solũ venia atq impunitate ab eodem est dona/tus, verum etiã in amicorum numerum receptus, & ad maximos honores inuitat⁹. Adrianus Imperator tam miti in/ Adrianus
genio fuisse legit̃, vt ne maiestatis quidem crimina vnq̃ admiserit, ver̃ alter exordia, alter imperii finem sanguine cruentauit. In te vero solida mansuetudinis laus elucet, ĩ quo nihil vnq̃ auditum, nihil in verbis, nihil in factis, nihil in gestib⁹ animaduersum, quod seuiciam, quod acerbitatẽ sape/ret, vt plane liqueat singularem istã animi lenitatem nõ arte fucatam esse, nõ ad tempus assumptã: sed perpetuã ac vere natiuam & genuinam. Neq minus q̃ a crudelitate, a reli- Vicia re-
quis quoq illis abes viciis, fastu, insolentia, violentia auriũ gum.
veri ac libertatis odio, assentationum & obsequior̃ amore atq aliis id genus, quæ partim quasi natura præcellentem fortunam comitãtur, partim inde accidunt q fortunatissi/mi Principes ferme educãtur indulgentius, & habentur deilicati⁹, ĩ hoc vno parum fortunati, quod raro verum audi- Pñcipes
unt, dum quisq iucũda mauult loqui, q̃ salutaria, suæq rei raro verũ
cõsuluisse antiqui⁹ habet, q̃ principis dignitati. Mouet aũt audiunt.
te nobilis illa fabula de rege Antiocho, qui cũ inter venan- Anthioc⁹
dum longius a reliquo comitatu aberrasset, noxq occupasset, in casulam quãpiam solus atq ignot⁹ diuertit. Ibi super cœnam iniecta mẽtione de Antiocho, atq illis libere fabulantibus, quædam de suis viciis audiuit. At vbi diluxisset, adessentq regii stipatores: qui salutato purpurã ac diadema porrigerent, ille conuersus ad insignia, iam inde inqt, ex quo vos indui, heri primũ ver̃ audire cœpi. Proiñ gra-

uiter profecto regem Ptolomeum admonuisse legitur Demetrius phalereus: vt de regno administrando libros sibi pararet: cum eis potissimum colloqueret: ab iis consilium peteret: ꝓpterea quod quæ nõ audeãt amici loq: ea legãtur in libris. Sed tu consultius etiam: q talẽ te præbes tuis: vt ĩtelligant nihil auribus tuis esse gratum: nisi quod idẽ verũ qd̃ syncerũ: qd̃ honestum: nihil æque inuisum: vt vel clancularios calũniatoꝶ sibilos: vel palponum exitialia delinimenta. Scis enim duas esse præcipuas aularum pestes: e quibus perniciosissima quidem sit calumnia: sed multo capitalior adulatio. Illa enim paucos ex animo Principis emolitẽ hæc ipsi Principi prorsus excãtat animũ. Iure igitur & laudatus & laudandus. Alexander Seuerus: quod vniuersum hoc genus Gnathonum sic impense sit detestatus: vt nõ solum non admiserit ad auriculã: veꝶ etiam si quis inter salutandum: aut flexisset caput: aut per adulationem blandius quippiam dixisset: ilico turpiter abiiceretur: aut si quẽ vitæ dignitas a grauiore cõtumelia vindicaret: is certe claro cachinno palam rideret: hac nimirum in re: Magno etiam Alexãdro maior, quẽ nulla alia res æque subuertit: q̃ quod sese assentatoribꝰ calcandũ equitãdumq; permiserit. Idem finitimũ huic pesti malum: fumi venditores quos vocant: in crucẽ sustulit: ac fumo enecauit. O degnũ immortali imperio principem. Ad huius æmulationem te prouocarem hunc iuuenem tibi iuueni proponerẽ imitãdum: nisi tuapte sponte iamdudum istam viam ingredereris: siue hoc tibi ingenii bonitate quadam inditum est: siue castigatiore educatione insitũ: quæ vel ipsa natura nõnũq̃ potẽtior esse cõsueuit. Neq; enim tu amicos obseqis: sed integritate meriris: neq; iucundos in tuam familiaritatem asciscis: sed cordatos graues, eruditione vitaq; spectatos viros, nusq̃ alibi diligentior, q̃ in deligẽdis iis quos diligas. Siquidem haud quaq̃ te fugit, vero verius esse, id quod ex Mario Maximo refert Lampridius, meliorem esse rempublicam. Ac prope tutiorem in qua princeps malus sit, quã ea, in qua sint ami/

Consiliũ Demetrij

Due pestes aularum: adulatio & calumnia.

Alexãder Seuerus.

Fumi venditores q̃/ruz Thurinꝰ fumo perijt.

Sẽtentia mira.

ci principis mali,propterea quod vnus malus potest a plu/
ribus bonis corrigi,multi autem mali non possunt ab vno
quamuis bono vlla ratione superari.Non potest autē non
optime cū ea republica agi in qua princeps optimus,nō ni
si sui simillimos in interiorem cōsuetudinem admittit:a q/
bus neq; vendatur:neq; circumducatur:sed qui nihil instil
lent auribus:nisi quod pium:quod verum:quod salutare,
qui prudentiores sint:q̄ vt suadeant pœnitenda,sanctiores
q̄ vt patriæ rem suis commodis posthabeant,grauiores,q̄
vt possint adulari,liberiores,q̄ vt non audeant obstrepere:
parum se digna molienti. Tua porro sublimitas quales in
consiliis habere gaudeat,vt alios sileam: vnus abunde do-
cumento potuit esse: fœlicis memoriæ præsul Franciscus
Buslidianus archiepiscopus Bizontinus moderator for-
matorq; pueritiæ tuæ:& bonis in literis institutor:vir tot9
ad gloriam:ad res maximas natus:factus ad vtilitatem pa-
triæ: sculptus ad ornamentum aulæ principalis: ad tuen-
dam:decorandam: ampliandam imperii tui maiestatē da-
tus diuinitus.Ille videlicet hoc erat tibi: quod Agamenno
ni Nestor:quod Philippo Macedoni Parmenio:quod A-
lexandro Leonidas:quod Octauio Cicero:quod Phœnix
Achilli:quod Dario Zopyrus.Decem sibi Nestores apud
Homerum optat Agamennon. Darius Zopyrorum tan-
tū ,q̄tū granorꝝ inesset in malo punico: q quidē & vnū illū
tanti fecit:vt eū integrꝝ maluerit:q̄ centū Babylonas cape-
re.Sed vtinā ne tm̄ antistitem tibi nescio qd̄ fatū inuidisset
Suffecerat vir ille vnus,p q̄libet ml'tis: neq; dubitandū:quī
vnū illū incolumē malis:q̄ totis Hispaniis potiri. Proh q̄-
tam iacturā eius vnius interitu fecit orbis.Quantū patriæ
vuln9.q̄tum animo tuo: q̄tū aulicis primoribus vni9mors
inflixit! Intelligo quid mihi iamdudum vestræ omnium
lachrymæ loquantur: Deū immortalem quis erat hic dies
futurus:q̄ absolutis gaudiis: q̄ similis vitæ cœlitum: si illū
quoq; virꝝ vnū omnium vita longissima dignissimū votis

Pricipis amicos q̄les oporteat esse.

Laus r.p. episcopi Bizontini

Ex iliade

Ex Plutarcho.

nostris restituisset. O fortuna, Vt nunq̃ tui dissimilis es, vt semper tuo melli, fellis aliquid admisces, nec omnino quicq̃ esse sinis in rebus mortaliũ, tam faustum, tam lætũ, quod tu non egritudine aliqua cõtamines. Nulli adhuc alunnorum tuorum sic indulsisti, vt non magno aliquo incõmodo tuam inuidiam expiarit, quã nũq̃ magis formidare solent homines morum tuorꝫ non imperiti: q̃ tum cum es prosperrima. Quando victoriam insignẽ alicui concessisti: vt ea non fuerit præclari cuiuspiam ducis capite redimenda? Polycrates Samiorum tyrannus: cuius etiam anulum reieceras: tuæ inuidiæ non nisi cruce satisfecit. Paulus Aemilius vnam victoriam: duorꝫ filiorũ morte luit: quorum alterum pœne in ipso triumpho: alterum triduo post triũphum extulit Aphricanus partam bello gloriã: exilio ac morte depẽdit. Verꝫ si tu naturã mutare nõ poteras: at poteras mediocri dispẽdio esse contenta. Tanti non sunt vel vniuersa tua munera: si tam chari capitis iactura luẽda fuerunt. Cui iam nõ sit religio, de rerum successu gloriari? Nisi quod nos hoc metu liberos esse oportet, quibus etiam si magnam inuidiam fortunæ, itineris huius fœlicitas conflauit, tamẽ satis, superq̃ piaculi dederimus, hoc tali præsule mulctati. Quanq̃ ille quidem, quãdo optimi Principis obsequiis visus est vitam impẽdere: haud potuit mortem oppetere speciosiorem, præsertim eo loci iam prouectus, vt si non ad ætatem, certe ad gloriam, ad virtutem satis sibi vixisse videretur. At nobis certe vixit parũ, nos non illum lugemus, ad meliora traductum, sed nostram ipsorum vicem deploramus: vt q̃ simus tam singulari patrono orbati, cui vt similem tibi pares generosissime Princeps, parem certe nunq̃ paraueris. Sed quo nos ab instituto transuersos abripit dolor? Iam igitur ad virtutũ tuarũ cõtemplationem recurrat oratio. Quarum noĩe nõ medriocrem gratiæ partem debemus & illi, cuius opera te talem habemus, tam piũ tam modestũ: tam incorruptũ, tam clementem, deniq̃ tam

Fortune inuidia.

Ex plinio

Ex Plutarcho.

Ex Liuio

non tyrannum Neq; enim tibi licere putas, q̄cq̄d collubitũ est, sed ita instituis animum, vt non lubeat, nisi quod licet. Semp̃ a tergo præsto est illa Pallas Homerica, quæ coher citis affectibus admonet, vt in teipsum primum agas Prin cipem, in alos parentem potius q̄ dñm. Quid aũt execrabi lius illa Neronis voce, qua gloriari consueuit, neminem ẽt ante se Principem scisse: q̄tum sibi liceret. Quid lethalius illo turpissimæ mulieris dogmate, si libet licet, quo Iulia Antoniũ Caracallum priuignũ legitur ad incœstas nupti as impulisse. Quid enĩ non quasi suo iure facere audebit, cuius animo semel hæc insederit opinio, Prĩcipem q̄duis decere? Ne hodie q̄dem desunt regibus, q̃ istiusmodi quæ dam ad illorum aures occinant. Quid etiam hesitas? An te Principem esse oblitus es? An nõ ius est quod tibi placuit? Tu maior legibus, Regium est, nõ ex præscripto, sed ex aĩ libidine viuere. Quicq̄d vsq̄ tuorum quisq̄ possidet, id oẽ tuum est. Tibi liberum donare vitam, liberum eripere. Ti bi phas est addere rem, cui visum sit, phas est vbi velis adi mere. Aliis alia vicio ac laudi vertuntur. Tibi nihil non ho nestum, nihil non laudi futurũ. Vin tu p̄hĩs istis ac schola sticulis auscultare? Sic enĩ hoĩes stultissimi vocãt viros do ctos & incorruptos, q̃ ad pia atq; honesta cohortentur. Ad harum Sireñum exitiales cãtilenas tu clarissime dux: cum Homerico Vlysse aures habes vndiq; cera obturatas, vl' po tius cum Aenæa Vergiliano sic procul ab harum littore cursum deflectis, vt periculum non sit, ne quid istam animi tui sanitatem male blandæ vocis pharmacon ledat. Siqui dem illud tibi penitus persuasisti, quod egregie rex dixit Antigonus bonis prĩcipibus ea demum esse honesta, quæ natura sunt honesta, ea tamtummodo recta, quæ per se re cta sunt. Imo vix etiam honestum tibi, quod præclarum ĩ aliis propterea quod nulli mortalium exactius præstanda sit absoluta virtutis disciplina, q̄ Principi, vel quod vnus omnium oculis expositus est, vel quod hãc suppliciis etiã

Pallas Homerica cohibitrix animi.

Si libet li cet.

Adulator tyrannidẽ docens.

Sirenes adulatio num.

Antigoni regis apo phthegma

ab aliis exigit. Proĩde das operam: ne quis in toto populo appareat te vno legum obseruãtior, cum ipsæ leges clami-
Leges adulatrices/ tent. Quid temet angis o Princeps? Nos tibi scriptæ nõ sumus. Tu nos dare soles: non accipere? Nos tuæ maiestati seruimus: non contra. Minamur aliis, te progenitorem veneramur. Hanc illarum vocem adeo assentationẽ iudicas, vt ne illa qdem tibi permittas: in qbus indulges multitudini. Videlicet hac vna ĩ re legibus parum obsequens, quod earum repellis obsequelã. Maiorem in modum te delectat, pulcherrimũ illud laudatissimi regis exemplũ nisi fallor.
Antiochus rex. Antiochi: q fuit eius nominis tertius. Is datis ad singulas ciuitates suas literis, interdixit: vt si qd præter leges publicas iussisset, ne sibi in eo parerent vnq̃. Itidem tu ne postulas qdem a tuis: vt tibi pareatur, nisi parueris ipse legibus, neq; protinus maiestatẽ lesam existimas si qs verbo refragetur, qn gaudes magis admoneri religionis & iurisiurandi: quo temet in suscipiendo principatu obstrinxisti. Non ignoras q̃tum oneris cum purpura susceperis, eoq; nõ ista vlla in re te facit licẽtiorem, sed sollicitiorẽ in oĩbus. Neq; te clam est, imperium haud vitæ strepitu, & colligendis vectigalibus cõtineri: sed munus esse publicũ, sic administrãdum, vt si nõ aliis, certe tibi ipsi repetenti: certe deo repetũdarũ acturo, queas rationẽ reddere. In summa: hãc esse propriã Principis laudẽ: vt maximũ esse sese quasi nesciat, optimũ vero esse oportere semper meminerit. Quæ noĩa nos
Princeps pastor. custos. parẽs tibi tribuamus: parui ducis, tu te nihil aliud esse cogitas, q̃ vt vocat Homerus ποιμένα λαῶν, idest pastorẽ poluli, siue quemadmodũ Plato φύλακα, id est custodẽ. Nihil aũt minus conuenire in Principẽ, q̃ quod in Agamẽnonem dicit Achilles δημοβόρος βασιλεύς, q gregem suũ non solũ deglubat: verũ & laniet. Imo (quod iis etiã maius est) non solum pastorẽ, non tm̃ custodẽ, sed & patrem eunq; piissimũ agis, adeo tuoꝝ opes, excogitatis in hoc titulis nõ conuerrens ĩ fiscũ tuũ: vt de tuis potius in publicam vtilitatẽ transfun-

das. Nam hoc demũ parente dignũ est. Nouam aũt rationem reperisti, quemadmodum augeas tua tuorumq; procerum vectigalia: nempe minuendis sumptibus, non intendendis in immensum exactionibus. O singularem animũ, tibi deducis, vt tuis superet, tua contrahis, vt vulgo sit prolixius. Tu vigilas: vt nobis tutum sit dormire. Tu perpetuis curis distringeris, vt tuis tranquillum sit ocium. Atq; in totum: si quid ĩ principatu laboris est: id solum existimas ad te pertinere, si qd commoditatis, ad tuos, hoc est (vt dicam absolute) patriæ non tibi geris principatum. Neq; solum ĩ teipso sanctimoniam istam exhibes, verum eandem ĩ officialibus tuis requiris, haud quaq̃ ignarus principi alienam quoq; culpam esse præstandã, non tm̃ ipsi ab omni cõtagione viciorꝝ abstinendum. Nihil interesse putas, vtrum dicatur, Princeps isthuc fecit, an Principis nomine munus gerens. Etenim iuxta turpe, quid agat, is cui vicem tuam delegaris, vel nescire vel negligere. Immane, q̃ longe lateq; discrepat institutum tuum, ab illa Vespasiani Neronisq; sententia: quorum prior ille iocari consueuit: sese procuratoribus suis pro spongiis vti, quod quasi & siccos madefaceret, & exprimeret humentes, alter iis fere verbis mandabat officia, scis quid mihi sit opus, & cura, ne quis quid habeat. Tu contra: vide quid patriæ conducat, cura ne quid indignũ me vel dicas vel facias. Porro rapacitatẽ tam non dissimulas in tuis ministris, q̃ in te ipso nõ admittis. Atq; ita demum ornari credis imperium tuum, si istos q̃ optimos habeas, non opulentissimos, quasiq; miseris sudoribus, & tenuium sanguine ciuiũ saginatos. Neq; sinis, vt (quod meram sapit tyrannidẽ) oĩm fortunæ, ad paucos quosdã cõferantur, & (quod in belluis fit) imbecilliorꝝ laniatu, pascãtur potentiores. Quo vero plus est negocii, alios præstare q̃ se, hoc magis prædicandũ, quod cũ ipse sis incorruptissimus: oẽs tui similes efficis, tũ eos q rem tuo nomine gerũt tum hos qui circum te sunt. E quibus vt quisq; tibi proxi-

Parẽtis ĩ filios trãsfũdere sua

Cuiusmõi oporteat officiales principis.

Ex Suetonio

Ars tyrãnidis.

De disciplina aule pricipalis

mus est, ita videtur non superbissimus sed optimus. Quid enim hic cõmemorem, de singulari discipina, seueritate, sanctimonia aulæ tuæ, a qua non aliter q̃ olim a sacris Eleusinis, impii nephariiq voce præconis submouebantur, tu procul arces improbos omneis. Totamq illam principum aulis familiarium viciorum cohortem, ambitionẽ, arrogantiam, vanitatem, versutiam, adulationem, licentiã, violẽtiam luxum, sic stirpiũ ten⁹ exscidisti. vt frugalitatis: modestiæ: simplicitatis: integritatis exempla: non aliunde melius q̃ a tuo palatio: priuatas in domos referantur. Qua quidem ĩ re: nõ est obiter fraudanda: parte laudis debitæ: generosissima cõiũx tua: quæ morum tuorũ (vt par est) æmula pari tecũ cura connititur: ne quid labis hæreat intra limen prĩcipale: rata nimirum: id q̃d res est: inde potissimum in vulgus oportere manare: recte viuendi vel formas: vel incitamenta. Quis autem non videat: quanto vtilior patriæ prĩceps: q sæculi sui mores instaurat: q̃ qui regni terminos profert: qui labentem vitæ disciplinam fulcit: q̃ qui collapsa restituit mœnia? Idq facit nõ tam imperio: q̃ exemplo. Neq enĩ prorsus alia censura tã efficax: ad publicos mores emendandos: q̃ Principis vndiquaq inculpata vita. Ad hanc pti nus omnium conuertuntur oculi: ad hanc veluti signum diriguntur animi, ad hanc tanq̃ scopum: vitæ rationes referuntur. Habet hoc ingens fortuna: quod nihil tectũ esse sinit: Principũ vero non aulas modo: sed ipsa etiã cubicula intimosq recessus recludit: neq quicq̃ tam abditum: quod nõ famæ noscendũ proponat explicetq. Ad hoc: nihil omnino mortales: vel mirantur candidius: vel imitantur libẽtius: vel retinent tenacius: q̃ quod viderint a Principe factitari: dũ quisq & pulchrum sibi ducit: eius æmulum videri quẽ nemo non suspicit: & frugiferum: illi vitæ similitudĩe cõmendari: a quo summa sperantur præmia. Adeoq mira quædã æmulandi libido: multitudinis animos occupauit quicq̃d illud sit: quod in principe conspexerint: vt nõ solũ

Vxor mariti emula

Verissima sententia.

Cur principis vitã lubentius imitemur.

manifesta quædã vicia ꝑ virtutibꝰ in suos mores traiiciat verum etiam Othonis imperatoris mors: præterq̃ quod acerba: etiã fœda: non paucos tamẽ inuenerit: q eã authoris admiratiõe ducti imitarẽtur. Proinde priuatorum atq; humilium mores: non nisi ad paucos pertinẽt: at principis vita: qm̃ & in cõspicuo est: & celerrime arripitur: & latissime diffunditur: profecto aut ingenti moꝝ publicoꝝ pernicie mala est: aut amplissimo fructu bona. Affirmant astrologi certis annis apparere stellas crinitas: quæ ingens adferant momentum: ad publicam rerum mundanarum cõmutationem: vi quadam fatali afficientes hoĩm & mentes & corpora: tum flumina: maria: terram: aera: & quicquid in his: mire penetrãtes. At nullus cometes exoriri queat orbi tam exitialis q̃ Princeps flagitiosus. Contra nullum tã salutare sydus, q̃ dux inculpatus. Quod si cui parũ adhuc liquet, is regum atq; imperatorum annales euoluat. Inueniet profecto vt quisq; principũ aut viciis estuarit, aut virtutibus enituerit, ita protinꝰ sæculi mores in eundem habitum fuisse secutos. Sub Caligula, sub Nerone, sub Domitião, sub Heliogabalo, quantum crudelitatis, quãtum ambitionis, q̃tũ libidinis in orbe, q̃ dẽsa vitiorum omnium leges vbiq; sup pullularat. At sub Traiano, sub Seuero, (pauciores enim boni) vt se quasi fatali sydere afflata mortalitas ad meliorẽ frugẽ conuertit. Quæ quidem cum ita sint, demiror, si prĩcipem mentis, non oĩno deploratæ, nõ vel illud deterreat a viciis, ne tam multos efficiat improbos, aut nõ saltem hoc adhortetur ad virtutẽ, vt tam multos efficiat bonos. Hæc quoniã tua sublimitas penitus perspexit, perpenditq; grauit, summa religione tibi cauendũ esse statuisti, ne quid appareat in te, quod quisq̃ pernitioso sequatur exemplo. Est interim & illud insigne documentũ integritatis tuæ, quod audet hæc aliquis apud te loqui, nihil veritus, ne (quod solet apud tui dissimiles euenire) si quid in aliena vicia dicat, id existimes ad te ꝑtinere, neue si qua virtꝰ in te laudet diuer

Othonis mors ex Suetonio

Fatalis cometas malꝰ prĩceps

Mali prĩcipes.

Boni prĩcipes.

Annotandum prĩcipibus.

Licentia schema.

sum illi viciũ tibi putes exprobrari. Tanta cõscientiæ tuæ puritas: tanta concordia: tãtus concentus oĩm laudum: vt nihil referat: quid vituperetur apud te: aut quid predicet̃ĩ te. In aliis fere quod laudes eligendum est: quædam arte declinãda ne incurras: idq; etiam in iis: qui inter optimos numerãtur. Nam nemo temere est omnium: qui sic numeros omneis innocentiæ impleri: vt nõ vicium aliquod ceu nebula reliquum vite splendorem obscurauerit. Catone Censorio quid laudati9? At in hoc mussandum: quod vinosus quod prefractus: quod aliena etiam ætate mulierosus. Octauii Cæsaris tã multas: tãq; preclaras laudes: aleæ studiũ & adulteria contaminarunt. Titum Vespasianum, alioqui optimum, sæuiciæ suspicio lesit: Flauio Vespasiano nulla alioqui virtute non absoluto fœdissima Principi, pecuniæ cupiditas maculam attulit. Quidam ita demum boni vidẽtur: si cum pessimis conferantur. Tu vero totus tui similis: optimus prognatus ex optimis, optimus succedẽs optimis cum quibus si conferare: non solũ deterior non videris: verum etiam: vti gemma auro admota mutuum decus: & das & accipis. De his igitur omnibus securum: tamen hæc vna me sollicitudo circumsistit: ne hoc ipsum quod de tuis laudibus attigi: cum pro meritis nimis q̃ parum sit: tamen tue verecundiæ impendio nimium esse videatur. Sed isthuc ipsum ego arbitror omnium virtutum tuarum quasi fastigium: quo tãtum vincis teipsum: quãtum aliis reliquos omneis: nempe singularem istam animi tui modestiam: qua fit vt cum nihil in te sit: quod vel Momus ipse possit carpere: nihil etiam non summa laude dignum: tamen reprehendi q̃ æquo pateris animo: tum q̃ gratum etiã admoneri a quouis? Nihil autem fers impatienti9: q̃ qualia facis: talia de te predicari. Hector ille Neuianus, cuius magnanimitati: cõscientia recte factorꝝ abunde sufficiebat: tñ a patre laudari lætat̃, viro vtiq; laudato. Agisla9 Xenophontic9 dux tum sapiens, tum insigni verecundia, non a quibuslibet laudari sese gaudebat, sed ab iis modo, quos sciret & turpia vitupe

Nemo vndequaq; laudatus.

ὁμοίωσισ,

Modestia principis:

Mom9 de us reprehensionis

Hector neuianus apud M. Tullium Agisilaus.

ratos fuiſſe. At tuus pudor, ne iſthuc ipſum quidem ferre
poteſt, viuus placere modo vis, non niſi mortuus laudari.
Iamdudum enim animaduerto tuam celſitudinem, & ocu/
lis abnutare, & identidem rubore ſuffundi, dum hæc a me Epipho=
commemorantur, & parciſſime, & nulli non confeſſa. Atq̃ nema
adeo, quod omnino pateris hæc, de te predicari, non tuis
auribus, ſed noſtro indulges ſtudio, offendendus alioqui
tuis laudibus, niſi noſtra tui charitate tam impenſe gaude=
res. Vt enim teipſum quantumuis negligas, non potes ta=
men tuorum iudicio, tuorum beneuolentia non delectari.
O fortunatum o vere aureum hoc noſtrum ſæculum, quo
te auſpice, te authore, te moderatore, pietas, fides, ſimplici= Epilogus
tas, pudor, breuiter omnis illa incorruptæ quondam æta= virtutum.
tis virtutũ ſeges, repullulaſcit, reuiuiſcit, effloreſcit. O nos
terq̃ quaterq̃ fœlices: quibus diuino munere talis datus eſt
Princeps, qualem ex omni mortalium numero, neq̃ ſuffra
giis deligere, neq̃ votis optare potuiſſemus. Tam fortuna=
tus, vt ſuperis non eſſe chariſſimus non poſſit, tam potens: Annota di
vt nulli mortalium non ſit formidandus: tam mitis, vt nul ſtributões
li non ſit amabilis, tam comis, vt cuiuis pateat aditus, tam
benignus, vt neminem a ſuo ſermone triſtem diſcedere pa=
tiatur, tam munificus, vt omnes ab vno recte factorũ præ=
mium & ſperent, & ferant. Tam incorruptus vt hunc ſibi a
micum mali ſperare non queant. Tam beneficus: vt opti=
mus quiſq̃ probatus illi charuſq̃ eſſe ſtudeat: tam legum
obſeruans, vt ad politicam diſciplinam: & ſine legibus vl=
lis eius vnius vita ſufficiat: ſic vim quandam innocentiæ q̃
ſi ſpirans: vt qui ſecum viuunt: eos omnis in eundem habi
tum rapiat, & vt in ſumma complectar, omnibus fortunæ,
corporis, animi bonis, ſic vndiquaque cumulatus, vt numi Modeſtia
ni quam homini propior eſſe videatur, ac rurſus horum faſtigium
omnium ita deſpiciens negligenſq̃, vt ne inter miſeros qui/ omnis vir
dem aut mediocres ſit alius modeſtior. Heæ videlicet, heæ tutis.
ſunt dotes illæ tuæ, Philippe ducum optime maximeq̃

quibusuis (vt aiunt) incantamentis efficatiores: quæ te cœlicolis mentibus charũ reddunt, quæ tibi tam inauditum fortunæ fauorẽ, quæ tibi reges, quæ nationes, quæ mortales vniuersos cõciliãt. Adeo vt cũ paucissimis prĩcipibꝰ cõtigerit odiũ, atq̃ inuidiam suorꝝ effugere, tu apud exteros apud ipsos pœne hostes, gratior sis, q̃ qsq̃ fuerit apud suos Nam qd ego nunc de inæstimabili patriæ in te charitate dicam? Quæ ne postulat qdẽ sibi magnæ laudis loco poni, quod te talẽ sic amat, impiissima futura, ni faceret. Verũ qm̃ intelligit suam salutem tibi nõ aliter q̃ parenti, sic esse cordi, vt non aliud sit antiqus: plane Pelargicon qddam (vt Græci dicunt) referre conatur, teq̃ vicissim materno quodã amore: materna sollicitudine proseqtur. Qua tam etsi tu pro tua fœlicitate non eges: fieri tñ non potest, quin admodũ gaudeas officio tuorꝝ. Porro sanctissimũ illud nomen patris patriæ, quod non oĩbus imperatoribus, nec his ipsis fere nisi ꝑ assentationẽ olim deferebatur, hoc tibi nõ ĩ arcubus, aut collossis, sed ĩ animis penitus insculpsit, neq̃ saxis expressit, sed affectibus, quo non aliud monumentũ poterat erigi, vel pulchrius, vel durabilius. Video autẽ me post longas ambages pœne casu reuectũ ad eum locũ, quẽ in ratione fœlicitatis tuæ præcipuũ videri volebam. Ergo vt non alio modo fœlicissimus es, q̃ qa optimus ita nõ alia re fœlicior, q̃ hac inaudita tuorũ in te charitate. Augustus Cæsar: quo nemo moderatiꝰ populariusq̃ gessit imperiũ, propter summam morum comitatem iucunditatemq̃ eximie gratus populo Rhomano fuit. Huius tamen vita toties est insidiis appetita, aliis post alias familiis in eum coniurãtibus. Neq̃ finis fuerat futurus, nisi muliebri consilio adiutus, in Cinnam clementiæ remedio pro seueritate cœpisset vti. Alexãder magnus, cui sic indulsit fortuna, vt nulli mortalium prolixius, tñ in hoc parum fortunatus fuisse legitur, quod ei neq̃ cũ amicis, neq̃ cum ciuibus: ne cũ patre qdem aut matre satis conueniret. Imperium aũt atroci

Pelargicon. i: ciconiale quod ciconia parentez etate defectũ gestet alatq̃

Pater patrie.

Augustus coniurationibus appetitus.

Alexãder

suorũ inuidia atq; odio suscepit: maiore gessit. Neq; Pho/ Photion
tionis sanctimonia, neq; Scipionis moderatio, neq; Cato= Scipio.
nis integritas hoc mali potuit effugere. Vt interim de reli= Cato
quis sileam ducibus, quorum hoc prope peculiare malum
est: quod illis nulla vitæ pars, a sica, a venenis, a maleficiis
tuta sit. Adeo per se odiis hoim exposita est ingēs potestas
adeo liuori patet inusitata fœlicitas. Tua vero magnanime γνώμη ἐπι
princeps, moderatio, clementia, comitas: benignitas: pietas φωνηματικά
adeo oēm dominatus inuidiam excludit, vt nullus vnq̄ in
priuata vita, tantam apud oēs gratiam fauoremq; obtinue
rit, q̄tam tu in imperio etiam amplissimo obtines, obtines
aũt meritissimo. Quis enim vsq; adeo Brutus sit: aut Cato Brutus.
aut Cassius, vt tali Principi non omnia licere velit? Imo qs Cato.
(modo non egregie ingratus) nō malit sui capitis periculo Cassius ty
luere, si qd tristius (id quod abominor) fata minarentur ei rannicide.
cui singulorum salus, sua ipsius incolumitate sit antiquior
Optent igitur qbus ita visum est, ducem periculis iactatũ
bellicis exercitũ rebus. Nos deum optimũ maximũq; com
precamur, vt istã fœlicitatē tibi patriæq; propriã ac perpe
tuam esse velit, vt hunc ad modũ, & tu pacato florentiq; im
perio: & te pacis moderatore q̄ diutissime fruatur imperiũ
Pacificum adhuc & felicē modo descripsimus Philippum Pacifi=
atq; vtinam ita liceat perpetuo, semperq; desit nobis, quod cus prin=
de tuis stratagematis prædicemus. Hoc cum optamus oēs ceps salu/
tum præcipue doctorum & eloquentium hoim chorus, q brior p̄lio
iam nunc certatim in hoc accingitur, vt gloriam tuam ab
inuidis obliuionibus asserat. Hic vt semper fuit pacis alũ=
nus, & non nisi lætis rebus efflorescit, mauult solennes feri
as, q̄ triumphos sanguinolentos. Mauult tua præconia, fe=
stiuis odis & panegyricis, q̄ tristibus tragœdiis celebrare.
Mauult principis optimi nomen, amabili lyra, q̄ horribili Cōtentio
tuba ad posteros trãsmittere, nihil etiã diffidēs, ne ea q̄ hæc bellice lau
vel nō æque p̄cul exaudiatur, vel minus diu tinniat. Neq; dis & pacis
enim verēdum, ne tua ī pace moderatio: minus sit olim lu=

cis habitura, q̃ aliorum bellicis in rebus fortitudo. Nã belli decora tantũ mirantur hoĩes, nec ii tñ aut omnes, aut cordatissimi, at mansuete: prudenter, moderate, iuste facta, tũ optimus qsq;, tum omnes mirantur, neq; mirantur solum, verum etiã amant. Tum de victoriæ laude quantulum obsecro redit ad ducẽ, vnde sibi magnã partem miles, maiorẽ fortuna vendicat? Ista ĩ solidũ tua est: nec inde qcq̃ decerpit aliqs. Proinde vt ex belli studiis maior sit fama, certe ex pacis artibus melior existit. Age vero, qd si vere etiam fortitudinis laus, quam isti militiæ propriam esse volunt, clarius ĩ pace rebusq; florẽtibus, q̃ in bellicis tumultibus elucet.

Epiphonema

Ea si a paucioribus aĩaduertitur, nihil refert, dum a melioribus. Iam primũ enĩ, si fortitudinis partes sunt, res difficiles infracto aĩo vincere: quæ rogo vitæ nostræ pars, non maximis difficultatibus laborat? Quin ex ipsis interim secundis rebus, certius q̃ ex aduersis fortẽ ac tolerantem aĩm spectare licebit. Forte qdem, duris in rebus animũ nõ submittere, at longe fortius, vel hoc argumento, quia rarius ad summa prouehẽte fortuna nihil insolescere, & cũ illa sit indulgẽtissima, tũ ne tantillũ qdem, indulgere sibi.

Fortitudinis laus in pace maior.

Maioris tũ artis tum viriũ est tẽpestate nimiũ secunda vela cõtrahere, q̃ aduersis ventis vitare naufragium. Sæuientem fortunam permulti fortiter tulerũt, blãdientẽ ꝑpauci moderate. Etenim illic ipsa rei difficultas ad virtutem quasi compellit, hic contra prosperitas ad incontinentiam sollicitat. Tũ contemnere pericula laus est, cum multis etiam gladiatoribus cõmunis: cõmunis cum sceleratissimis piratis. At temperare animo, moderari libidini: frenũ iniicere cupiditati, imperare bili, ea demum laus est boni sapientisq; viri propria.

Allegoria

A difficultate.

Itaq; plurima in omnium gentium annalibus extant exempla, eorum, qui rem publicam cum vitæ quoq; contẽptu: fortissime gesserunt, at vix vnum aut alterum inuenias, qui in ocio fœlicissimoq; reip. statu, tanta moderatione prudẽtiaq; reip. gubernacula tractarit, vt neq; ipse successu

Ab euẽtu

rerum fieret licentior, neq; cuiusq̃ aut odio aut inuidiæ ob noxius. Ad hæc autem, malum virũ esse posse concedunt authores, q bonus sit dux, bellisq; gerendis idoneus, veluti Seuerus imꝑator, de quo sic iudicauit senatus, eũ aut nasci nõ debuisse: aut nõ debuisse mori, propterea quod rei q̃dẽ militaris industria saneq̃ vtilis esset imperio: at crudelitate multisq; aliis viciis grauis ciuitati. Velut item Cornelius Rufinus in quem extat elegans dictum C. Fabricii, malo compilari q̃ venire. At q iis virtutibus sit præditus, q̃bus pacis tempora transiguntur, is ne imperator q̃dem malus esse queat. Consiliis enim potissimum bella conficiuntur. Nam pacis artes in omni vita sunt vsui: belli non itẽ. Bonus igitur vir, q̃sq̃s bonus Princeps, at fere quo vir peior, hoc bellis accommodatior, vt vndelibet potius q̃ hinc sint auspicandæ Principis laudes. An non videmus vt inter feras, ita & inter nationes hoĩm, ferocissimas quasq; maxime q; barbaras pugnacissimas esse? Sicuti Cares: Scythas: & Britannos? Quid Hannibal, nonne quemadmodũ imperator optimus, ita vir pessimus scelestissimusq;? At is princeps, quem nos optamus: imo habemus: non potest nõ omni genere virtutũ absolutus esse. Adiiciam & illud collationum aceruo. Non paulo plus negocii est: tranquillis in rebus arcere periculum, q̃ in perturbatis propulsare periculum. Attamen inquiet quispiam, vbi temporis ratio postulat: præclarum est hostem virtute subigere. Quis enim negat? At quanto præclarius sic agere, vt nemo tibi sit hostis Quantumuis egregiũ sit inimicũ retũdere, certe victoriosius est æminus absterrere. Generose nimium Antalcidas Atheniensi cuidã rñdisse legitur, q cũ ciuitatis suæ strẽnuitatem iactans, ac lacedæmoniis ignauiam exprobrans dixisset. At Hercule nos a Cephyso vos sæpe numero repulimus, alter admodũ laconice. Sane vero inq̃t, verũ nos nũq̃ vos reiecimus ab Eurota. Iure q̃dẽ optimo gloriatus est Antalcidas, verũ gloriosi⁹ etiam erat futurum, si Lacones

A propriis

Ex Gellio

Scelerati bello maxime idonei

Barbari bellicosissimi.

Αὐθυποφορά.

Antalcides ex plutarcho

hostem beneuolentia potius, q̃ metu summouissent. Quid enī? An non pulchrius principi propter summam humanitatem sic diligi, vt ne illi quidem nocitũ cupiant, qui possint, q̃ propter bellicas opes sic timeri, vt etiã qui ledere nõ queant, cupiant tamen. Quid, quod interim non paulo tutius quoq;, sic amari, vt nemo non malit pro te q̃ contra te arma sumere, q̃ habere multos quos vincas. Numerant suos triumphos Rhomani, recensent prouincias armis domitas. Sed eadem opera recensent, quot gentibus, quot regib9 illud imperium, & contemptui fuerit, & odio. Nam cõtemnit, quisquis audet armis lacessere, odit, qui cogitur victori seruire. Longe speciosius futurum fuerat, si hostes ab armis met9 cohibuisset, speciosissimũ vero, si eos cõtinuisset beneuolentia. Vtrumq; tibi contigit, id quod ego victoriis oībus mai9 esse duco, q cũ aliis tuis virtutib9, tũ placabilitate mansuetudine comitate, sic exteris omnibus gratus es, vt nemo velit tuis omnibus sic char9, vt nemo audeat hostem se profiteri. Nullũ enim principem magis timent hostes: q̃ eũ quem sui nequaq̃ timent ciues. Vt te mœnibus adamantinis cingas, vt centuplici fossa valloq; circũdes, vt millenis Milonibus stipat9 incedas, nullum tamen tutius patriæ p̃sidium, nullum certius satellitium capitis tui, q̃ si honestis meritis charitatem tuorũ colligas, queadmodũ facis. Vbi nunc igitur Alexander magnus, qui inuictum se dici gloriabatur? Vbi C. Cæsar qui se vno tantum die vinci potuisse prædicauit? Ne tu cognomen inuicti in pace longe melius promereris, q̃ horum alteruter in tam multis victoriis. Nimirum quo propius abest vt vincatur is, qui cum ausus est aliquis manus conserere, q̃ is, qui in tantũ opibus pollet vt nullus ausit, etiãsi velit, tantum gratia valet: vt nemo velit: etiãsi ausit. Et si minus cruenta: at speciosior victoria est eius: cui vltro cedunt hostes: q̃ qui Martis aleam expertus: eam nõ sine negocio extorsit. Deniq; super hæc oīa: vt donemus bellicam gloriã illustriorem esse: certe pacis opta

[Margin notes: Ex antecedentibus. — ἐπιφώνημα. — Ex Plutarcho. — Ex suetonio. — Allegorie.]

bilior est. Fingamus esse: vt gubernatoris artẽ magis commendet sæua tempestas: sed quis adeo demens: qui non ꝓoptet prosperã nauigationem? Esto: medici: industriam illustrat morbi magnitudo: at non tanti est egrotare. Sit ita sane: vt: difficilibus ĩ rebus ductoris virtꝰ: quãtumlibet clarius elucescat: at faxint superi: vt tuã moderationem: iusticiam; benignitatem: prosperis in rebus continenter amemꝰ fortitudinem in dubiis nũq̃ miremur. An non crudelis medicus: qui vulgo pestilentiam imprecetur: quo fiat ipse nobilior? An non insanissimum vulgus: siquidem eadem optet sibi: quo posset sese magis de perito iactare medico? qs non eum nautam deturbandũ putet: qui prudens in symplegadas: in syrtes: in charybdes nauim impellat: quo maior artifex suis vectoribus appareat? Quid aũt his dementius si idem suo periculo spectare cupiant? At multi duces hoc animo fuisse leguntur: vt nihil mallent: q̃ bellum aliqd exoriri: non ob aliud: q̃ vt sibi famã propagarẽt Quare qd esse potest crudelius: quid sceleratissimi latronis animo ꝓpius? Tum aũt quid vecordius: q̃ populum: tantũ malorũ optare sibi: vt duce bellicoso glorietur? Hanc mentem ĩ hostes auertant superi. Nos te Philippe fœlici frui malumus q̃ vti strẽnuo. Sufficit tibi: sufficit nobis ista tua gloria. Voluptatem illam alteram quoad licet deprecamur. Pacificũ inquã te malumus: q̃ victorem: ac tanto prorsus malumus quanto modis oĩbus pax bello præstantior. In pace calent artes: florent honesta studia: viget legũ reuerẽtia: augescit religio: crescunt opes: pollet morũ disciplina. In bello collabuntur: defluunt: cõmiscentur hæc omnia: & simul cum omni genere calamitatum: nulla non lues morum ingruit Sacra prophanantur: cultus diuinus neglectui habetur: in iuris locum vis succedit. Silent enim (vt ait Cicero) leges ĩter arma: aut si quid loquũtur salutare: non queunt (vt elegantẽ dixit Marius) ob armorũ strepitũ exaudiri. Quis aũt interim locus literis ac musis: in tanto fremitu militũ: tan-

Collatio pacis & belli

Incõmoda belli.

to clangore tubarum: tanto crepitu cornuum: tam surdo tanque insano strepitu tympanorum: tanto fragore telorum: tam horrendo tonitu saxorum volantium: quo feræ quoque & pisces: & aues offensæ: relictis natiuis sedibus alio procul velut exulatum demigrare solent? Quas ob res & Homerus apte πόλεμον δυσηχέα subinde nominat. Neque segnius interea miseri senes in luctum indignum coniiciūtur: orbantur infantia patribus: vxores maritis spoliantur: vastantur agri: deseruntur vici: exuruntur delubra: subuertuntur oppida diripiuntur domus: & optimi cuiusque fortunæ: ad sceleratissimos latrones traducuntur. Quibus ipsis ex malis maxima pars semper ad innocentissimum quęque redit. Sed hæc misera tantū: illa capitaliora: & quæ vix etiā deus ipse sarciat: quod inter ista gliscunt adulteria: dediscunt pudorem mulieres: virgines passim stuprantur: iuuentus per se procliuis in vicia: sublato rerum ordine: obiecta impunitate: consuescit nihil habere pensi: ac præceps in omne genus facinorum fertur. Atque omnino si quod pium numen inter mortaleis versabatur: id protinus nos relinquit. Prorumpunt ab inferis Erynnes: ira: rabie: cede: sanguine: scelere: perturbantes: inuoluentes: permiscentes vniuersa. Sunt quidem & pacis temporibus sua quædā vicia, sed comica, at in bello oīm tragicorum malorum agmen quasi mare quoddā exundat semelque cūcta quacunque peruaserit: calamitatū ac scelerum fluctibus operit. Cæterum quicquid insigniū flagitiorum: in pace quoque leges ferro ignique puniūt: id totū e bellis natū, e bellis nobis reliquū est. Vix vnquam exuit salsitudinē ager: quē pelagus inundauit aliquando. Hoc inquam hoc fōte nobis scatet: detestāda illa colluuies facinorosorum hoīm: raptorum: stupratorum: lænonum: prædonum: pyratarum: latronum: sicariorum veneficorum: furum: peculatorum: abigeorum: seditiosorum: perditorum: sacrilegorū: piurorum: blasphemorum: tum scortorum: luparum: lænarū: maleficarū. Vox me citius defecerit: quam noīa tantū recensuero portētorum: quæ nobis bel-

Δυσηχής a molesto strepitu ac tumultu.

Transitio

Furie belli

Acris congeries nominum. asyndeton.

Sētētia per allegoriā.

συναθροισμός

lum parit: dũ in pace non possunt homines dediscere: quæ in belli tumultibus didicerunt. Atq; vtinã etiam hic tanto/ rum malorum prouentus: suis se temporis ac loci limitib9 contineret: cunq; parente suo pariter exorirentur ac desine rent. Nunc horum contagio: veluti pestis quædam: & ad fi nitimos sese propagat: omnemq; late viciniam ĩficit. Hinc nimirum deploratur a facundissimo poeta, Mantua ve mi seræ nimium vicina Cremonæ. Tum belli vicia: & multo ante bellum ipsum præuertunt: & insuper porro in multũ vsq; tempus sese proferunt: vt belli reliquiæ pœne sint ipo bello tetriores: neq; raro eius pœniteat: & eos qui vicerunt Nam statim ad primam mẽtionem ac velut odorem expe- ditiõis erigitur: exilit e latebris suis & ex toto vndiq; orbe velut in sentinam confluit: illa fex hominum: quoscunq; vel infamia: vel æs alienum premit: vl'ob maleficia legum minæ territant: vel qui ob scelerum consciẽtiam, in pace tu tos sese nõ putant: vel quos sua re nequiter profusa: turpis egestas transuersos incitat ad sceleratius rapienda aliena. Deniq; quos mala mens: malus animus tanq̃ ad facinus ge/ nitos: sic extimulat: vt capitis etiam periculo ista fuerint au suri: non modo impunitate proposita: non solum obiecta etiam mercede. Hac hominum colluuie bella gerenda: hæc sentina in vrbes atq; in domos recipiẽda: cuius fetorem ne solida quidem ætas queat e ciuium tuorũ moribus expur- gare. Siquidem nihil tam facile discimus: q̃ turpitudinem: at nihil æque difficile dediscimus. Adde iis: quod plærũq; ex minimis bellis nascuntur maxima: ex vno pluria. Neq; eñ vnq̃ licuit vnico bello defungi. Aliud ex alio serit: atq; ĩ immẽsum trahit inexplicabilis catena malo℞. Quæ qui- dẽ mala: tã multa: vt numero cõprehendi neq̃ant: tã atro- cia: vt ne malus quidem vir possit negligere, quũ iustissimũ ẽt bellum natura cõsequi videam9: ad hæc titulos: qbus id suscipit: interdum esse falsos: nõnunq̃ affectatos: plærũq; dubios: tum semper ancipites esse prælio℞ exitus: postrẽo

Transitio p auxesin.

Incõmo- da belli e triplici tpe

Sẽtentia.

συναθροισμός

Tituli bellorum.

nullam victoriam incruētam: nec cuiusq̄ maiore dispēdio pugnari, q̄ cuius minime retulerat vicisse, audacter affirmauerim pio principi nimio consultius esse, pacem q̄tumuis iniquam amplecti, q̄ bellum etiam æquissimum suscipere vt quod tam ingens maloꝝ pelagus, tanta Lerna vitiorum tam atra morum pestis, & præeat, & comitetur, & cōsequatur. Nū Christian⁹ dux: quem oportet esse clementissimū, q nō modo numē aliquod eē iustūq; memorq; credit: verū etiā mox illi de minutissima quoq; guttula sanguinis humani exactissimā rationē esse reddendā intelligit: cui non totū imperiū, non etiam vita sua tanti debet esse: vt quenq̄ innocentē sua causa velit perire: postulabit, vt ius illud nescio quod, suū (neq; enī hic laboro, q̄ti referat, hic an ille potiatur) tot lachrymis: tot orbitatibus, tāto luctu: tam multo cruore miseroꝝ, tot mortaliū capitib⁹, tot periculis, tot vulneribus, & (quod his omnibns damnosius) tanta moꝝ pernicie sibi cōstet? An diligenter potius pensiculans: atq; æquis lancibus expendens hinc cōmodum illud quod petitur: illinc diluuium malorū oīm quod excitatur, in hanc ibit sententiam, vt statuat nullum oīno bellum sibi suscipiendum esse, quod quauis ratione possit euitari. C. Cæsar q gloriæ cupiditate tm̄ belloꝝ exhauserat, extremis aliquot annis de relinquenda vita cogitasse legitur, tū & mente cœpisse destitui, nimirū agitante iam eū scelerū conscientia, ac manibus eoꝝ quos interemerat, semp ob oculos obuersantibus. Augustus item de abrogando imperio non semel deliberauit. Oderat enim illud opinor, quod videret sibi tanta sanguinis humani iactura constare. In extrema vero cōiuratione, cuius author L. Cinna, ne viuere q̄dem tanti clamabat esse, vt incolumitatem suam tot ciuiū interitu redimeret. Idē negabat oīno bellū capessi oportere: nisi cū maior emolumēti spes, q̄ damni metus ostenderetur. Alioqui perinde fieri: ac si quis aureo piscetur hamo: cuius abrupti iactura, nullo captu pensari queat. Ad hanc profecto ratio

Lerna malorum: grecū adagiū

Retulit Vergiliū.

In oratione p marcello.

Ex tranquillo.

Furie vltrices.

Ex seneca

Ex suetonio.

Ex codez.

nem nullum prorſus ineũdum bellũ, niſi quod indixit ne-
ceſſitas. Extat ĩ Cæſarũ actis Othonẽ ethnicũ imperatorẽ,
vſq adeo ciuile bellũ deſtari ſolitum, vt ad eius mentionẽ
quoq ſemper exhorruerit, ac demũ e vita maluerit excede
re: q̃ ſua cauſa tm̃ hoĩm vitæ ſubire diſcrimen. O genero-
ſum aĩm, quem vtinam nunc paſſim preſtarent noſtræ reli
gionis principes. Etenim ſi vere ſecũ reputent, id quod res
eſt, Chriſtianũ orbem, vnã eſſe patriã: Chriſtianã eccleſiã
vnam eſſe familiã: eandem gentẽ, eandem ciuitatẽ: oẽs nos
eiuſdem corporis mẽbra, eodẽ contineri capite Chriſto Ie
ſu, eodẽ vegetari ſpiritu, pari precio redẽptos, ad eandẽ hæ
reditatẽ ex æquo vocatos, cõmunib9 vti ſacramẽtis: nimi
rum nullum bellũ non ciuile, nõ vel domeſticum: & pluſq̃
inteſtinũ iudicabunt: quod a chriſtianis cõſtituitur aduer
ſum chriſtianos. Fuerit ſane quondam iſta gloria Lacedæ
moniorum, fuerit Athenienſium, fuerit Rhomanorum, q̃
plurimas nationes armis domuiſſe: ſed certe gẽtilium, nec
(mihi crede) niſi gentili aĩo digna, imo vix etiam digna. Si
quidem Plato atq Ariſtoteles: vterq in ſua politia, Lace-
dæmoniorum inſtitutum repræhendunt, quod in condẽ
dis legibus, ad bellum modo, tanq̃ ad ſummum reip. finem
ſpectarit, cum maximum ciuitatis bonum, pax ſit nõ victo
ria. Pax enim per ſe bonum qddam eſt, vincere nunq̃ ex eo
bonorum genere eſt: in qbus conquieſcitur, ſed conducibi
le tñ quiddam eſt, at ita demum, ſi non alia patet ad pacem
via. Optimus eſt eius reip. ſtatus, nõ quæ mauortiis ſtudiis
fines imperii profert, ſed quæ ad cœliſtis ciuitatis imaginẽ
q̃ proxime accedit. Ea vero non alia magis re q̃ ocio: pace,
concordiaq fœlix eſt. Ergo Chriſtiani principis, quẽ opor
tet ab hoc exemplari nuſq̃ oculos dimouere, præcipua glo
ria ſit id ſumma vi ſummaq ope tueri, ornare, amplificare,
quod Chriſtus etiam Principum princeps nobis optimũ
ac dulciſſimum reliquit, nempe pacem. Cæterum maximi
animi maximũ eſſe documentũ arbirror, bella nec formi-

Fedũ chri ſtianos in ter ſe belli gerari.

Pax per ſe bonum bellum ne ceſſitatis ẽ

Pax chri ſti.

dare enim declinari nequeāt: nec prouocare, cum queant & ad depellenda semper esse paratum atq; instructum, ad inferenda nunq̄ animatum. Ferarum magnanimitas est quēlibet impetere. Hominis magnanimitas cum innocentiæ, cum prudētiæ laude cohereat oportet: cum qua non solū coniunctum non est, verūetiam summo cū scelere copulatum: ī aliud arma sumere, q̄ qa pax aliter constare nequeat. Quod si omnis ratio fortitudinis huc spectat vt hostium vis a ciuium fortunis atq; capitibus arceatur: cur in te belli munia reqramus, cum hactenus: tua moderatione, prudētia, iusticia: hostiles iniurias longe cōmodius a tuis depuleris, q̄ alius quisq̄ armis? Vt autem gubernator magis optādus, q Cyaneas cautes arte vitat: q̄ q enauigat, vt præstātior medicus, q morbum præcludit, q̄ q receptum arte leuat, ita prestabilior princeps, q sapiētiæ consiliis efficit, ne qua bella moueantur, q̄ q ea rei militaris peritia scite & gnauiter administrat. Alterum enim necessitatis, alterū fœlicitatis, alterum remedii est, alterum voti. Proinde iure optimo laudatur illud Agislai ducis apopthegma, q respōdit ne opus qdem esse fortitudine, si iusticiam teneamus, cum rogaretur a quopiā: vtram virtutē alteri iudicaret antepōnēdam. Nam qd amplius optemus a superis ex vllo vel fœlicissimo bello: q̄ quod nobis tua iusticia citra omnem iacturam præstat? Iam enim vt rationem malorum omittamus: quæ belli naturam secum adducere demonstrauim9, ac tantum emolumenta quæ maxima percipi solent, expēdamus, tamen haud existimo cuiq̄ fortissimorum ducum, bellum vllum tam fœliciter cessisse: quin sani ciues istum sæculi tui statū cū suis cōmoditatibus fuerint preoptaturi Siquidem cum duo præcipua belli præmia sint, gloria: & imperii propagatio, (nam opes quidem nunq̄ non exhauriuntur) tu tranquillissimis in rebus: & opes auxisti tuas, & imperii fines protulisti, idq; multo præclarius: q̄ alius quisq̄ maximis bellorum difficultatibus. Imo quod nullis

Vera magnanitas.

ὁμοιώσις.

Agislai regis dictum

Duo belli præmia.

armis confici potuisset,id applaudēte mūdo,tua comitate
tuaq̨ fœlicitate confectū est.Adeo vt ne Rhoma qdem illa
perpetua bellatrix:tantum sub septē primis regibus creue
rit,multorum sæculorū bellis,quātum sub vno te,idq̨ iu-
uene,citra sanguinem,citra cedem,imperium tuum auctū
est.Porro quanta insuper impendeant incremēta,non ob-
scurum est augurium.Iam vero gloriæ,non solum toto ge
nere vincis: verūetiam tum magnitudine,tum æternitate
præcellis.Nam si ea demum vera est gloria,quæ rebus ho
nestis paratur,cum vix vllum sit bellum,quod non maxi- A fine.
mis viciis inquinetur,hæc sola videtur sapientibus expetē
da:quæ iusticiam,quæ temperātiam,quæ mansuetudinē:
quæ tolerātiam,atq̨ id genus alias virtutes conseqtur.At
famam qdem fortasse recte quis dixerit,gloriam vero vo- A pugnantibus & coherentib⁹.
care vehemēter absurdum sit,quæ in malum competat vi-
rum.Bonum autem bellatorem nihil prohibet appellari,q
vir sit non bonus.Imo haud scio,an omnino eundem ī ho
minem conueniant hæc duo cognomina.Non igitur glo-
riosus: quisquis bellicosus,sed q bellum non nisi coactus
suscipit,tum id reip.non sibi gerit,postremo quam potest
minima iactura suorum conficit,hunc demum bellica glo
ria consequitur.Quanq̄ istis ex rebus qbus tua præcellen
tia floret,ornatissime Princeps,multo vberrima gloria me
ti consueuit.Quæ si nihil aliud est,q̄ approbatio recte fa-
ctorum cum admiratione,dispeream,si nō Alexandri ma- Alexādri cōtinentia
gni ī Darii regis vxorē & filias,integritas comitasq̨,vel oī
bus illius victoriis plausibilior est.Si non C.Cæsari longe
plus attulit famæ:paucis donata vita,q̄ tot milibus hoīm
ærepta vita.Num capta Carthago,num oppressus Hani-
bal,tantundē veræ laudis Scipioni cōciliat,quantū vnicū
illud continentis animi documentum,cum Luceio Celti- Scipionis
berorum duci sponsam puellam,iuuenis iuueni restitue-
ret:tum intactam:tum gratuito?An commodi Antonini
vel vniuersa imperii decora,tantum habent lucis: quantū Cōmodi clementia

vnum illud: quod vxore literis ad vltionē instigante: Aui
dii Cassii conscijs maluit ignoscere? Quis vllius ducis mi=
litaria facinora: cum imbelli sapiētia Numæ putet esse con
ferenda? Quis non hui⁹ vnius sæculi: quo Iani templū per
petuo clausum fuit: quo nullus actus triumphus: nulla fixa
trophæa: vel oīm reliquorum regum præliis iudicet nobi/
lius? An vllus cōsulatus illustrior: q̄ M. Attilii ac T. Manlii
fuit: quibus cōsulibus templum idem claudi contigit? An
non Augusto plus attulit plendoris: quod hoc imperato=
re belli portas Rhomani bis clausas viderit: q̄ tot acti: de tā
multis hostibus triumphi? Nullis rebus sic applaudit mor
talitas: nihil tāto fauore celebrat: nihil sic posterorum ani=
mis insidit: vt si quid a principe moderate: si quid clemen=
ter: si quid continenter agatur. At qui his virtutibus in bel
lo locus non est: florent in pace: in ocio vigent: tranquillis
tēporib⁹ gliscūt aluntur qꝫ. Iactet igit̄ quantūlibet: Hercu=
cules ac Theseos: Achilles atqꝫ Hectores suos antiquitas. O
stentēt suos Epaminondas Thebani: Xerses ac Cyros Per=
sæ: Lysandros Lacedæmonii: Themistocles Athenienses:
Alexādros Macedones: Hānibales pœni: Scipiones ac Cæ
sares Rhomani: Brennos Galli: Nos nostrum Philippum
non dubitamus horum cuiuis anteponere. Numerēt illi re
ges subactos: fusos exercitus: prouincias imperio additas
Nos contra tot talesqꝫ reges beneuolentia deuinctos: Prin
cipes affinitate adiunctos: gentes fœderibus cōcordiaqꝫ a=
strictas recensebimus. In saxa: in æs incidāt illi: terras ferro
igniqꝫ vastatas: nos multo q̄ sūt ista certiorib⁹ monumētis
literarum prodemus: tot regiones: tot regna: summo cū or
bis applausu: a te iuuene etiānum pagrata. Iactitēt illi opi=
ma spolia: a cesis regibus detracta: nos munera oponem⁹
vltro ab amātissimis regib⁹: honoris causa donata. Glorie=
tur illi: quot intra annum bella profligarint: modo nobis
(vti spero) gloriari liceat: te duce: nullum extitisse bellum.
In fastos illi referant q̄ multos hostes armis vicerint: tibi p

Iani tēplū clausū tē=pore pacis

M. Attilij consulatu: Ian⁹ iterū clausus

Plausibi/lis huma=nitas

Duces bel lo clari a=pud diuer sos pplos

Cōtentio ex ɔtrarijs

Cōtentio ex ɔtrarijs

prium ac perpetuum sit istud elogium: neminem tuo saeculo exortum: qui fuerit vincendus. Ambitiosis atq contumeliosis cognominibus: alii sese venditent: hic sibi magni cognomẽ asciscat: ille foelicis: hũc Aphricanũ subacta Cartago: illum Asiaticũ domita Asia. Alios vexatae bello gentes: Dacicos: Germanicos: Geticos: Britannicos: Dalmaticos efficiant. Et si cui libebit vel centenis adnominibus calamitosis: ambitiosi tituli coronidem proferat. At cum nobis optabilius: tum tibi gloriosius est: quod ex re pacificus appellaris. Quãq̃ si quid habent ista cognomina praeclari: tibi plura tua foelicitas dedit: q̃ vllus alius sibi potuerit ex alienis calamitatibus asciscere. Placeat, arrideat, bl andiat aliis quantũlibet: ferreũ illud sinum ac mauortium saeculum: nos pacati: atq aurei saeculi nostri nondum poenitet: neq poenituerit vnq̃: donec superiorum bellorũ (in quib9 papae, quantum malorũ vidim9) vlla memoria nostris haerebit animis. Tantũ autem ibi vulnerum acceptum est: vt eorꝶ cicatrices nulla hominis aetas sit obductura. Fortassis bella flagitabunt: vel pauci quorum magno compẽdio res multitudinis affligit: vel iuuenes: qui belli miseriam nũq̃ viderunt: Rhomulos ac Tullos optabũt Martis imperiti: nos Numam malum9: malum9 Solomonem: foelicẽ & pacis authorem: q̃ Dauid victorem & sanguinarium. Non tamen haec dixerim illustrissime princeps: quasi bello gerendo minus idoneus q̃ paci moderãdae futurus videar. Nec ideo te foelicẽ praedicare maluim9, quasi aduersae fortunae non satis animo parem fore iudicemus. Verum hoc a superis etiam atq etiam optamus: ne quãdo fortem spectare sit necesse: magis autem perpetuo foelicibus in reb9: & tibi tuorum animos: & nobis tuam virtutem liceat experiri. Alioqui quantum tibi adsit animi robur: ad quẽuis etiam fortunae tumultum inuicto pectore perferẽdum: cũ aliis multis documentis: tum ista Hispaniensi profectione magnifice declarasti: quae tametsi multis magnisq commoditati

Contumeliosa cognomina ex deuictis gentibus.

Philippus pacificus.

Dulce bellum inexpertis.

Laus principis a reb9 bellicis

A fortitudine laus.

bus fuerit onerata: tamen fieri non potuit: quin in tam longinqua tamq̄ diuturna peregrinatione tristia quædam inciderint: & si nihil aliud: certe multorum malorũ pondus habebat archiepiscopi Bizõtini: tanti videlicet amici: tam intempestiua mors: tum iteratus tibi morbus: ad hæc alia quædam sciens mussito: quæ non mitius: q̄ hæc vulnus ĩflixerunt animo tuo. Postremo non deerat genius aliquis infestus: qui qua potuit: incommoda atq̄ pericula intentaret: quæ quidem omnia tu: aut singulari prudentia profligasti: aut infracto animo ptulisti: vt isto vel solo nomine potueris abũde laudari: quod ex oĩ comitũ numero: quos aiunt haud multo pauciores fuisse bis mille: nõ alius apparuit: te vno: laborum: vel appetẽtior: vel patientior. Nemo solis, algoris, pulueris, hymbris, sitis, inediæ, vectationis tolerantior. Nullus incõmoditatum reliquarum negligentior: quas interdũ in diuersoriis necessum erat accidere. Proinde alius fortasse: recensendis itineris tui difficultatibus: fortitudinis tuæ simulachrum quoddã repræsentare maluisset: me vero fœlicitatis tuæ contẽplatio magis delectat: vl' quia pn̄tib⁹ oĩm gaudiis magis cõuenit: vel quia cũ multorũ laude: cum nullius crimine cõiuncta est: vl' q̄d periculorum magnitudine multis impar esse videris: (cuius quidem rei neminem ad huc pœnitet) splendore vero & omnibus festiuitatis ornamentis ita primus: vt nemo tecũ conponendus. Porro bellicæ laudis specimen iampridem tam multiplex elucet in te: vt si quod inciderit bellum: (quod quidem & abominamur: & speramus non futurum: tua videlicet fœlicissima pietate freti) sed tamen si quod inciderit metuendũ non sit: nequãdo (te sospite) dux egregi⁹ nobis defuerit. Quis enim te vno: inter militares proceres: vel ad cursum pernicior: vel ad saltum agilior: vel ad luctam neruosior: vel arcum torquere melior: vel feram certis assequi iaculis callentior: vel hastã vibrare scientior: vel ense ferire peritior: vel equestri certamine cõcurrere doctior? Deniq̄

Mors archiepiscopi bizõtini. Innuit secessionem quorũdam procerum

Numerus comitum.

Causę.

Aptitudo ad belli studia

quis in omni genere progymnasmatum militarium exer-
citatior? Quem alium crista minaci galea: quem æreꝰ tho-
rax: quẽ baltheus: quẽ ensis: quem clypeus: in summa quẽ
vniuersus ille Mauortius ornatus: sic mire decet: vt te? At-
qui dedecent ista Sardanapalos: nõ decẽt eximie nisi viros
ad virtutem: & natos & institutos. Quid, quod equitandi
quoq rationem: oẽm sic insignite calles: vt non Bucepha-
lo illi suo Alexander: vel insederit decẽtiꝰ: vel agitarit ani-
mosius scientiusq: q̃ tu ferocissimũ quẽq equum modera-
ris? Ad hæc suppetunt affatim ad ista omnia obeunda la-
certi validi: totiusq corporis nerui: tum aũt animi ardor
ac prõptitudo tantũ abest ab ignauia: socordiaq: vt temeri
tati propior nõnullis videatur: magisq freni q̃ calcaris in-
digens. Et quanq̃ in magno principe: nõ tantũdem adferũ
momẽti corporis vires: quantũ mentis vigor: tñ absolutũt
quiddam est: cum ingenti animo ægregium membrorum
robur amplitudoq respondet. Ad istam institutionem: ad
ista virium adminicula: ad istum tam viuidum pectoris im
petum: qui te iamdudũ vltro ad belli decora satis extimu-
lat: duo quædam insuper accedũt incitabula tam efficacia:
vt vel parum generosos animos & possint & soleant ad ca-
pescendam virtutem inflãmare: æmulatio maiorũ: & cu
ra liberoꝝ. Vtrocũq enĩ conuerteris oculos tuos: ꝓtinꝰ oc
currit: q̃d aĩo tuo vehemẽs ad hãc gloriã calcar addere pos/
sit. Nã siue a fronte ꝓspicias: ilico obuersant̃ obtutibꝰ tuis
maioꝝ tuoꝝ pulcherria stratagemata: tũ velut e ꝓximo se-
se ingerũt domestica exẽpla progenitoꝝ: a qbꝰ degñare tur
pissimũ sit: quos æquare necessariũ: vĩcere speciosissimum
atq illis ĩpis ẽt quos viceris gloriosum. Sin a tergo respici-
as: occurrũt liberi quos meliores ẽt te ĩpo: patriæ cupis relĩ
quere. Ingẽs vtriq circũstat sollicitudo: illinc q̃tos q̃q diui
nos heroas oporteat æmulari: hĩc qualẽ temet æmulandũ
ꝓponere. Illĩc apparẽt: quos necesse est optĩos referre: hinc
quos oportet tales efficere. Nã vtrũq iuxta boni Principis

Freno nõ calcaribus indigere.

Duo præcipue inflammantia ad virtutem.

munus intelligis esse, & relictam a maioribus gloriæ hære ditatē, non tueri modo gnauiter, verūetiam auctiorem reddere, & posteris suis pulcherrimæ hui⁹ possessiōis successionem tradere, neq̧ oīno sat esse, ipsum Principē haudquaq̄ malū agere: nisi idem cauerit, ne possit esse malus Priceps.

γνῶμαι.

Nō mediocris q̄dem, negocii, tā illustriū viroꝝ laudem nō sustinere modo, sed & ꝓcurrere, at hoc posterius tn̄ te multo magis sollicitū habet, nimirum quo difficili⁹ esse vides, alienos mores præstare, q̄ tuos. Atq̧ isto noīe (neq̧ enī prætereūdū. tāetsi loco alieniore, qn̄ forte res ipsa admonuit) non clam nobis est, quantum tuæ pietati debeamus, cui nihil omnium æque curæ est, q̄ vt cū te maioꝝ, tum tui simillimos liberos reddas. Itaq̧ sic instituendos curas, quasi patriæ illos genueris non tibi. Quos eqdem non alia re magis fœlices existimo, q̄ quod tales parentes sortiti sunt, nō dico tam illustreis, aut opulentos: sed qbus ex æquo mēs ista sit, vt eos iam inde a teneris vnguiculis, non ad ambitionem strepitūq̧ fortunæ, sed ad veram virtutē fingi formariq̧ studeant. Nec enim vsq̄ infortunatiores esse solent ii, q in aliis sunt oīm fortunatissimi, q̄ quod plærunq̧ optime nati, non optime (ne pessime dicam) instituantur. Nā fere isti delicatius educantur, idq̧ inter greges adulatorum q totam virtutis viam ignorent, quorumq̧ mores & oratio nihil nisi fortunam sapiat, a qbus nihil audiant serium ac salutare, neq̧ qcq̄ oīno discant, nisi vnum hoc, fastu, violētiaq̧ principē agere. Atq cum nostrū cuiuslibet tanti referat, qbus primis illis annis imbuamur: deum immortalem, quæ tandem cura suffecerit educandis iis, quos paulo grandiores factos, ne monere qdem qsq̄ ausit & de quorū moribus totius populi mores fortunæq̧ pendeant? Proinde tu tua pignora non nisi piis & integris nutricibus, virisq̧ sapiētibus & incorruptis mādas, a qbus nihil oculis nihil auribus hauriāt patre indignum: q rudem adhuc puerilis animi testulam, salutaribus opinionibus imbuere, &

De educatione liberorum pricipis.

γνώμη. nimiūvera

Quanti referat vt pncipes recte instituant a pueris.

norint,qa prudentissimi,& audeant:qa tibi placere sciunt & velint,qa optimi,& efficiãt,qa diligentissimi. Iamdudũ aũt(vt audio)circunspicis aliquem literis ac moribus spectatum virum, delecturus ex vniuersa patria: cui teneros adhuc alumnos in gremium tradas,iis disciplinis,quæ prĩcipe dignæ sint,erudiendos.Sed vt iam in viam redeamus, vnde paulisp digressi videmur,vt liberis tuis vtriusq virtutis bellicæ & ciuilis absolutũ exemplar exhibeas,nec aliud exemplar q̃ teipsum,incredibili studio eniteris,ne qua laus maiorũ tuoꝝ fuerit,quam tu tuis virtutibus nõ vel illustrasse videare.Et ĩ paterno qdem auo tuo Federico,moderationis ac sapientiæ laus magis enituit.In proauo materno,quem tu non tm̃ noĩe refers,sic eadem eminuit:vt altera illa neutiq̃ deesset.At in auo materno Carolo,belli decus potissimũ effulsit.In patre vero Maximiliano:sic vtrũq videmus excellere:vt difficile iudicatu sit,vtrum ĩ bello ferocior:an in pace moderatior, formidabilior hostibus: an amabilior suis,audacior in repugnantes, an ignoscentior in victos. Hanc tu diuinam patris indolem ex Federici imperatoris sapientia mansuetudineq,& Caroli ducis inuicto animi robore,mire temperatam,sic expresse sic abso lute refers,vt iuxta vel paci,vel bello natus videri possis,simulq & ad clementiam factus,& ad fortitudinem institutus.Ac mansuetudinẽ qdem tuam,iusticiam, benignitatẽ, magna cum voluptate iampridẽ experimur oẽs,porro aũt qua dextra fulmen torqueas,q̃tus ense,quantus Clypeo ĩsurgas in hostem,id nimirum experiẽtur ii,qcunq illi erũt q singularem istam ingenii tui lenitatẽ suis malefactis vicerint. Nulli enĩ bellũ acrius gerũt,q̃ q tardissime suscipiunt. Quid,quod istud ipsum Philippi vocalulũ,oĩs instar nobis est,qualis sis in bello futurus.Etenĩ Philippus ab equorum studio Græcis dicta vox,pinde sonat latinis.quasi bellacem dicas ac militaris rei diligẽtem.Quod si nomina nõ temere creduntur indi, sed vel ex præteritorum aut præ-

Mira distributio.

Federicus auus paternus Philippus proauus.

Carolus auus maternus.

Maximilianus pat.

Epiphonema.

Argumentum ab omine nois

sentium animaduersione, quemadmodũ in Cratylo disse-
rit Plato: vel futurorum præsagio quodam, velut ĩ literis
sacris: profecto nõ absurde qs arbitretur, si minus in priua
tis, certe in Principibus appellationes istiusmodi nequaq̃
fortuitas esse, verum aliquid minime negligendum portẽ
dere. Nam vt de aliis interim omittam dicere, tuum nomẽ
in nullo fere extitit, q non præter alias laudes, belli quoq
gloria præstiterit. In Philippo Macedonũ rege moderatio
nis ac sapientiæ splendor, & militiæ decus, inter sese pœne
ex æquo certant. In tritauo tuo Philippo supra titulũ pie
tatis, tñ bellicæ virtutis excelluit, vt inde vulgo cognomẽ
etiam inuenerit audacis. Iam auus Philippus quantus in
hoc laudis genere fuerit: tametsi plerique meminerunt: tñ
horum vtrumlibet esse potest indicio, vel quod ex hac re
Magni cognomen accessit: vel quod Carolum, tñ videli-
cet bellatorem genuit. Horum si nomen tantum in te deri-
uatum audiretur, tñ eo ipso poteramus admoneri, qd esset
abs te expectandum, nunc cum eorundem indolem sic re-
presentes, cum iisdem vestigiis ingrediaris, certissimo nimi
rum augurio ducimur, nos te bellicis in negociis ducẽ ha-
bituros, non solũ egregie strennuum, verũ etiam fœlicem.
Neque enim in bellis iustis deerit virtuti tuæ fauor diuinus
q in pace sic moderationi tuæ semp adfuit. Præstitisti alte
ram gloriæ partẽ, eamque maiorem, non est periculũ, ne ĩ al-
tera præstanda tui dissimilis, quasique mancus sis futurus.
Hactenus niueo vitæ candore, florentissimoque sæculi tui
statu liliorũ omen implesti, (nam mihi etiam illa ipsa, quæ
Principum insignibus addũtur, ominis vim quandam ob
tinere videntur) implesti & aqlæ auguriũ, Cæsarea quadã
animi sublimitate, porro leonis generositatẽ iam nunc spi
ras, iram vero atque assultum, faxit deus, vt nulli mereantur
experiri. Optamus vt istã gloriæ partem augurari tñ in te
liceat, non etiam spectare, vt pereat positũ rubigine ferrũ,
aut si qñ ita feret fatalis necessitas, cui ne dii quidem (vt ait

Quibus nomen fuerit philippus

Interpretatio insignium philippi

Horatius in satyris.

Homerus) repugnãt, præcamur vt tua vexilla nõ nisi christianæ pacis hostes terreant, tuus ensis nõ nisi in turcarum & saracenorũ iugulos stringatur. Hoc in loco meminisse magis nobiscum: ac tacitis votis libet præmere: ne iuxta Græcam parœmiam πρὸ τῆς νίκης ἐγκώμιον. id est ante victoriã encomiũ videamur canere: sed tñ iã animis præsentire iuuat, quãtarũ te rerũ gloria maneat, q̃bus sis imperiis præficiẽdus, q̃tis augẽdus titulis, quos olim ex impiis christo relaturus triumphos: quæ fixurus ex immani illa barbariæ spolia, q̃ late Rhomanæ pacis fines prolaturus, quas gentes christianæ ditionis prouinciis additurus: q̃ fœlicibus momentis publicum sæculi tui statũ: in melius cõmutaturus: quanto cœlitũ ac terrigenũ applausu, prouehente virtutem tuã immortali Principe, abolitis ferrei sæculi reliquis, aureã ætatẽ mundo renouaturus. Neq; vero leuibus ostentis, in tantarũ rerũ spem vocamur. Etenim vt cõtemnenda videantur, quæ quõdã in tuo natali hoĩes genethliaci ꝑdixerunt, & hodie syderũ periti magno cõsensu de tuis ingentibus factis vaticinantur (Nam semper horũ artẽ pestiferã bonis principibus iudicaui) at certe cõtẽni nõ queunt, ista tam egregia ꝓludia futurorũ, quæ iam nunc nõ in somnis apparent: sed coram oculis exhibẽtur. Perspicitur multis argumentis cœlestis quædã indoles animi tui, quæ nihil humile: nihil nõ excelsum atq; eximiũ spectat. Apparet ad res maximas gerẽdas ꝑpetua quædã adiuncta fœlicitas. Videm⁹ orbẽ prope vniuersum studiis: fataliter ĩ te cõuersis, applaudere successib⁹ Philippi. Videmus hic patrẽ regẽ inuictũ, Rhomanũ tenere imperiũ, hinc socerũ regem itẽ victoriis inclytũ, Hispanias obtinere, alterũ christianæ ditionis defensaculũ, te iuuenem florẽtissimũ, tali corpore tali aĩo, talibus factis: vtriq; exoriri, vtrũq; æmulari, vtriq; succedere. Cernimus augustissimæ coniugis tuæ fœlicissimã fœcũditatẽ, quæ vel ad omniũ regum necessitudinem adamantinis (vt aiunt) vinculis alligandam, suppeditet:

Prognostica de futuris gestis Philippi

Astrologorũ ꝑdicta.

Epilogus ꝯiecturarũ

Probabile ex cõgestis coniecturis.

Cõspicimus neq̃ tuam vigilantiã vsq̃ deesse fortunæ: neq̃
fortunam illi: quippe quæ prima statim inclinatione tan-
tũ ornamentorũ tuæ præcellentie: vernãtibus adhuc annis
Diuinatio nis argumenta. obiecit: q̃tum alii nulli: neq̃ veterũ: neq̃ recentium. Quod
priscorum extispiciũ: quæ præpes ales: quæ solistima tri-
pudia: deniq̃ quod horoscopon: certius fatorum tuorum
augurium ædere poterat: q̃ nobis tot cõiecturarũ: tot argu
mentorũ consensus facit: velut vna voce (si modo mẽte nõ
omnino stupida simus) immortalem tuã gloriã prænunti
antium? Sed (vt Homericis verbis vtar) ταῦτα θεῶν ἐν γού
ασι κεῖται, id est ista in deorum genibus sita sunt: Nos de-
um fœlicitatis oĩs authorem cõprecamur: ne quid hæc cõ-
memoratio nostra vel tuo capiti vel patriæ conciliet inui-
Nemesis. diæ: sed quecunq̃ sunt euentura: ea nõ nobis solum: sed &
hostibus (quoad fieri potest) fausta fœliciaq̃ faciat: hoc est
vt victorias tuas q̃ minime cruentas velit esse: semperq̃ do
net amplitudinem tuã (ita vt nunc euenit) omnium bono:
nulliꝰ dispẽdio crescere: atq̃ vt hodiernæ festiuitatis q̃ plu-
rimos similes dies liceat exhibere. A cuius descriptiõe: nos
interim virtutum tuarum admiratio: retardauit: verum di
Reditus a digressione. gressiõe: nec ociosa: nec inamœna. Imo nihil digressi: recta
via huc sumꝰ delati. Quid enim ita proprie cõueniebat: ad
aperiendam explicandãq̃ huius lucis læticiam: vt ista po-
nere ante oculos: q̃ fœlicem Principẽ quãtis virtutibus ex-
ornatum: quibus auctum accessionibus: quantis etiam re-
bus destinatum recepissemus? Nunc vero qm̃ huc nos qua
si fortuitus quidam: sed tamen cõmodus orationis cursus
deduxit: age deinceps experiamur optatissimi desyderatis
descriptio reditus in pateriam. simiq̃ reditus tui festiuitatem exponere: vt quantũ gaudi-
orum sentimus: tantum etiam intelligamus. Id ita fiet: si p̃-
sentis diei spectaculum ac veluti faciem quandam: verborũ
quasi coloribus fucatam: animis vestris exhibuero. Ac plu
Amplificatio per collationẽ rimos quidem huiusmodi dies nobis tua fœlicitas pepe-
rit: Augustissime princeps: festos, candidos, planeq̃ niueo

(q͛d aiunt) vnione signãdos patriæ. Primum enim q̃ lætus ille sol illuxit tuis: quum tu faustis oĩbus æditus ĩ lucẽ nuntiarere: Quæ tum lux tuæ genti visa est exoriri! Vt ex magnis diuturnisq; calamitatibꝰ tum deniq; respirauit: ausaq; sibi est meliora iam polliceri! Deinde q̃tas voluptates de te prebuisti: singulari patris inuictissimi pietate: ex periculosis illis seditionũ fluctibꝰ restitutus: quasiq; denuo patriæ genitus! Tum autem in administrationem imperii iam adolescens solenni ritu initiatus inauguratusq;: atq; tuorum oculis mira oĩm spe exhibitus! Ad hæc sponsus illustrissimus cũ illustrissima: ephebus cũ puella: formosissimus cũ formosissima: faustissimis oĩbus copulatꝰ, quo quidẽ e fonte: hodiernæ quoq; lucis gaudia nobis potissimum promanãt. Postremo festiuitatum numerum pœne cõfudisti: fœlici vxoris partu toties factus pater: pariter optatissima sobole: & imperium stabiliens fulciensq;: & nobis auspicatissimum natalẽ tuũ: quasi subinde renouans. Ex istis tam multis festiuitatibꝰ: si per se quãq; contempleris: affirmes nihil potuisse accedere: si cõferas alias cũ aliis: hesites: quam cui præferas: at vincit nimirum vnus hic dies oĩm illoꝝ læticiam: quippe qui nobis quicquid vnq̃ egregie de te sũmꝰ gauisi: id quoq; omne, te reddito: semel renouauit. Neq; adeo solum veterem illam gaudiorum sortem annumerauit: verum insuper inestimabilem nouæ læticiæ apposuit vsurã. Quicq͛d vnq̃ ex te nobis accedit lætum festiuũq; quicquid magnificũ: quicquid gloriosum: quicquid vsq̃ tibi in ista profectione contigit splendidum ac triumphale: id vniuersum nunc omniũ recursat animis: omniũ cogitationibꝰ obuersatur. Est gaudiũ quo teipsum perpeti queas: videlicet cum eueniunt sperata: cum dantur optata: at postq̃ omnia spe votisq; maiora contingunt: nõ capiunt sese pectora: bonis suis angustus est animꝰ. Votis enim patriæ: illis inquã tam anxiis tam sollicitis patriæ votis: abũde satis futurum fuerat: si clarissimum sibi principem ex tam longinqua pe-

Philippꝰ natus.

Philippꝰ restitutus

Philippꝰ initiatus.

Philippꝰ sponsus.

Amplificatio ex fictione.

regrinatiõe: incolumem modo recepiſſet. Quem vero gaudendi modum nunc eſſe credis: poſteaq̃ intuetur oculis anteq̃ ſperarit? intuetur aũt vix etiã nunc ſibi fidens & tamen intuetur: audit: contingit Principẽ ſibi redditum nõ incolumem modo: ſed ſic regum omnium officiis cohoneſtatũ ſic imperii titulis auctum: ſic omni decorum genere nobilitatum: ſic deniq; plurimarum rerum vſu confirmatum: vt nunc demum ſibi non redditum: ſed datum principem exiſtimet. Et cum antea talem habuerit: vt florentiorem ne optare quidem auderet: nunc tanto auctiorem ſibi redditum conſpicit: vt intelligat diuinam beneficentiam multo plus largiri poſſe mortalib9 (ſi modo promereantur) q̃ ipſi votis vel queant vel audeant concipere. Sed vnde mihi iam decem illæ linguæ: totideq; ora: vnde vox infatigabilis: quæ ſine muſis negat ſibi ſufficere: fons ingenioꝝ Homer9? At ego mihi ne cum illis quidem iſta ſuffectura crediderim: vt quantũ oculis cernimus: quantũ animo ſentimus: tantum & verbis aſſequar. Nunc nũc profecto temp9 eſſet: vniuerſas rhetorices opes ſemel explicare: oẽs Ciceroĩs Lecythos: omnia myrothecia excutere: ſi qua dicẽdi vis: ſi qua Ven9: ſi qui colores: ſi qua emblemata: ſi qua Dinoſis: ſi q̃ Enargia: ſi qua lux: deniq; ſi quod fulgur: ac tonitru reginæ rerũ eloquentiæ: id totũ oportebat in huius diei deſcriptione depromere conſumereq;. Sed o deum immortalem: vt non in loco me deſtituit Mercurius. Alios ex parum diſertis res vberior: pectus ipſum: ac pathe quæ vocant: facundos ſolent reddere. Mihi nunc noua quædam res accidit, ſimul atq; ad id loci ventum eſt: cui nullus ſermo: ne exquiſitiſſimus quidem fuerat ſatiſfacturus, ibi me repente communis etiam ſermo deficit. Et (quod pœne mõſtri ſimile) obruit ingenium materiæ fœcunditas: ipſoq; rerum velut agmine fluxus orationis artatur ac ſtringitur: atq; inſolita quædam læticiæ vis: quæ ſilere non ſinit, eadem rurſus dicendi facultatẽ intercipit. Aut plane neſcio: qd hoc rei ſit,

Ante catalogum, nauium.

Pectus & affectus reddit diſertos.

aut illud nimirum est, quod eleganter Tragicus poeta scri-
psit: Curas leues loqui, ingentes stupere. Et quid ita mirũ,
si mihi tantus gaudiorum subitorum aceruus vocem adi-
mat, cũ multis mortalibus mediocris etiam lęticia, quod
prӕter expectationem obiiceretur: vitam ademerit? Sunt
omnino quӕdam maiora q̃ vt eis vlla quadret oratio. De-
erant colores: non suppeditat ars: summo alioquin artifici
Timanthi: qua vultum Agamennonis in mactatione filiӕ
reprӕsentaret. Huius itaq; velo texit: cum aliorum omniũ
mirabiliter adumbrasset. Quӕdam melius silentio signifi
cantur: q̃ exprimuntur eloquio: commodius cogitationi-
bus hominum ӕstimanda relinquuntur: q̃ ingeruntur au-
ribus. Nam quӕ profecto tam illustris oratio: quӕ huius
spectaculi splendorem possit ӕquare? Quӕ tam ampla: q̃
huius celebritatis ornamẽtis non sit minor? Quӕ tam fer-
uens: vt ad nostros affect⁹ non frigidissima videatur? Quo
minus mirandum: si vnus publicam omnium lęticiam ӕ-
quare dicẽdo nõ possim: cum suam quisq; singulatim: sen-
tire magis possit q̃ explicare: & gestibus indicare potius: q̃
verbis eloq. Vides enim iãdudum: & vides nõ sine summa
pectoris voluptate: Philippe princeps: vt insolita quadam
alacritate vultus omnium adgestiant: sine verbis magnum
nescio quid & ineffabile loquẽtes: cui prorsus humanӕ de
sint voces. Sic est profecto queadmodum modo dicebam:
vt immẽsum animi dolorem: ita & gaudiũ immodicũ: non
alia res efficatius eloquitur: q̃ stupor & gestiens silentium.
Sed tamen elaborandum mihi est: vt his de rebus pergã di-
cere: nõ quod ars suggerit: sed quod impotens suppeditat
affect⁹. Vt exiliit quasiq; reuixit omnibus animus: vbi pri-
mum optatissima vox illa insonuit: Aduẽtat Princeps: pa-
trẽ reliqt: recta iam in patriã properat. Quӕ quidem vox
quo propi⁹ propiusq; exaudieba ẽ hoc magis magisq; glisce
bant desyderia nostra: exardescebant acrius vota: non an-
te tamen nos reliquit sollicitudo: quã te oculis manibusq;

Ex hippo
lyto senece

Seneca
Cure le-
ues loquũ
tur ingen-
tes stupẽt

Timãthes
apud pli-
nium & fa-
bium.

Nũciatus
aduentus.

Quomodo occursum procul aduentanti Principi

teneremus. Iam Coloniam peruenerat tua celsitudo, Id quod nondum etiam credebamus, (sero enim credunt homines quae misere cupiunt) tamen gestiebamus omnes temere desertis sedibus illuc usque occurrere. Itum est obuiam a patriae primoribus, quos pompae pulcherrimae comitabantur. Miserunt & ciuitates singulae e ciuibus ornatissimum quemque cum hominum numero, non quantum pro suo gaudio volebant, sed quantum tua modestia permittebat. Nobis interea per molestum, quod imaginari tantum non etiam spectare licuit, quae fuerit illa rerum facies, quibus vultibus sese primum mutuo conspexerint, ii quos Hispania remiserat incolumes, & ii quos in tuum aduentum patria seruarat incolumes. Tantis complexibus partim eorum qui te patris nomine prosecuti: vale dicebant partim eius loci Principum, qui tibi aduentum gratulabantur partim reducis & occurrentis agminis, inuicem sese consalutantium: sibique vicissim aggaudentium, quoniam non vnus sufficiebat dies, pauculos ibidem dies commoratus es. At papae, quam multi nobis illi videbantur. Interea crebrius ab iis quos emandarant ciuitates vltro citroque itum ac reditum est. Hi quae vidissent certa fide renunciant, quibus nos tamen inuidere magis potuimus quam credere, donec ipse praesens desyderatam istam faciem nobis exhiberes. Ibi protinus velut aemissa coelitus luce, omnia miris modis enituerunt. Mox omnis aetas, sexus, ordo ad tuum conspectum effusissimo gaudio correptus, imo magis extra se raptus est. Neque aliter gaudet sibi quisque, quam si tu illi vni redisses. Sic rursum laetantur vniuersi, quasi vnus animus, pectus omnium agitaret. Neminem omnino neque aetatis imbecillitas. neque cura rei familiaris, neque pudor neque valetudo domi potuit alligare, quo minus oculos suos tam expectati Principis expleret spectaculo. Procurrunt pueri, prosiliunt adolescentes, effundunt sese iuuenes, promoliuntur senes, prorepunt iam morbum obliti egroti, prodeunt innuptae virgines, confluunt nuptae, accelerant anus, pendent alii de tegulis, herent alii muris, alii summis mace

Reditus in limites regni.

ὑποτύπωσις.

riis inſident, nullæ feneſtræ non viris ac mulieribus differtæ, ipſa cœnacula tectaq; pondere hominum laborare videntur. Nullus locus non occupatus, ac ne is qdem vacat, q vix etiam ſuſpēſum & inſtabile capit veſtigium. Neq; ſecius interea denſiſſimis turbarum vndis opplentur, quacunq; ingrederis viæ, ac tibi, circunfundētibus vndiq; ſeſe promiſcuæ multitudinis fluctibus, vix trames anguſtus relinqtur. Feruntur omnes gaudio: velut obliti ſui: nemo ordinis, nemo decori meminit Tantum oculis, ore: toto deniq; corpore in tui ſpectaculum inhiant auidi, in te vnum herent defixi. Hi gaudent noſcitare, alii concupiſcunt Principis ſui figuram diſcere, ſubdubitant etiam num nōnulli vixq; ſuis gaudiis audent fidere. Gratulantur, applaudunt fœlicē te, fœlices ſe clamitant oēs. Omnes ſupinis manibus gratias agunt immortali deo. Grandior ætas ſatis magnū vitæ fructū hodie ſe credit percepiſſe, quod te reducē viderit. Iuuentus ad honeſta vitæ ſtudia nunc potiſſimū animatur, te ſoſpite, penes quem vnū recte factorum præmia poſita videt. Nulli nō ſua fortuna melior videtur, poſteaq̄ res principis integras eſſe cognouit. Tam ex æquo gaudet ab omnibus, q̄ tu æqualiter omnibus rediſti. Nam quemadmodū Ioue, ita bono Prīcipe nihil communius. O rem memorandam, ex tot hoīm milibus, neminem eſſe cui prīcipe conſpecto ſuccurrat, quod aīm mordeat, nullum eſſe, cui non occurrat, quod gaudeat. Nulla interim ſpectandi ſatietas: nullus fruendi modus. Plæriq; per viarum ambages, ad alia atq; alia compita tranſcurrunt, vt te ſæpius videre liceat. Adeo nequeunt expleri corda tuendo. Quibus tn̄ iſta ſædulitas, nihil aliud preſtitit, niſi vt magis atq; magis ſitirent. Quam vero tu inter iſta tui ſimilis apparuiſti. q quidem, vt aliis in rebus omnibus libenter ſoles teipſum tuis fruendum exhibere, ita nunc quoq; perbenigne temet ciuium oculis circunſpiciendum præbuiſti, amoto galero detractoq; cucullo nudam huc atq; huc faciem circuma-

Ponitur res ante oculos.

Diſtributio ſchema

Attende.

Aer cōis.

Hoc rarū eſt.

gens quasiq́ desyderiis nostris offerens, cũ hybernum cœlum, & frigore & hymbre sæuiret, subinde de industria restitans, semper sensim & contanter incedens, quo diutius & tuo ciues, & tu ciuium conspectu fruereris. Siquidem vt mutua pietas, vt mutuum fuerat desyderium, ita nunc nõ potest non esse mutua lætitia. Nã pectoris tui habitus quasiq́ facies toto ore renidebat. Vultus erat alacritatis plænus, amicus, ac veluti plærosq́ agnoscentis in turba, veluti resalutantis singulos, singulis aggaudentis & gratulationẽ referentis. Vt facile hic euanuit superstitiosus ille meticulus, qui nonnullos cœperat, ne te remitteret Hispania ferociorem. Procul ac penitus excussisti scrupulum hunc, parem comitatem, parem modestiam, parem in tuos charitatem referens, atq́ adeo maiorem, q̃ tecum extuleras. Audẽt iam certissimam in spem ingredi, te perpetuo popularem principem, & ab omni specie tyrannidis alienissimũ futurũ quem nõ exempla regnorũ ostensa corrumpere potuerint in quibus dominatus ac seruitutis plurimum est, libertatis atq́ æqualitatis minimum. Quid si tibi nunc ii dentur oculi. Princeps inclyte, quibus penitus pectorum recessus & specus ac penetralia cordis introspicere posses? Quæ tu ibi gaudia: quantum alacritatis, quæ tripudia cõspiceres! Etenim si hæc tam inaudita, tam insolita sunt, quæ patent oculis corporeis, tum si adeo non fucata, vt molientia gestientiaq́ potiusq̃ imitatitia, profecto liquet immẽsum esse illud vnde ista proficiscuntur. Require ab iis qui sunt in tuo stipatu: natu maximi, num vel ipsi viderint aliquãdo, vel a maioribus audierint, ad cuiusq̃ principis nuntiatum aduentum, sic vniuersam hanc patriam vero gaudio fuisse perfusam? Tam officiose ab optimatib9 aulicis occursum fuisse? sic alacriter ex omnibus oppidis, longius vltra ditionis terminos obuiam itum? Quæ si maxime sunt exhibita & aliis eadem, certe non eodem animo, non pari studio. Aliter ista mori præstantur: aliter charitati, aliter exhiben

Vt rez durã mollijt.

Regna ad tyrannidẽ vergentia

Quomõ exceptus philippus

tur flagitanti: aliter etiam vetanti. Nam qd ego nunc refe-
ram: ad singularum vrbium ingressum incredibili appara/
tu instauratos triũphos, tot festiuas faces, tot cera collitas
tedas, tot impositos stipitibus ignes, tot ad oẽs angulos, ad
oĩa compita, parata spectaculoꝝ miracula, tot ornatissimas
pompas occursantium ciuitatis ordinũ: milleq̧ id genus q̃
tibi vrbes officiosa quadam ambitione inter se concertan
tes, & vltro, & sumptibus priuatis contulerunt: Quorum
plæraq̧ cum tuæ modestiæ nimia viderẽtur, parũq̧ fruga
lia, patriæ studio, parca malignaq̧ videbantur. Et interdi-
xerat tua pietas, & ob id dedita opera subitus atq̧ inexpe-
ctatus aduenire volebas, ne sese ciuitates officio grauarent
at e regione vigilabat tuoꝝ pietas, & q̃tumuis occultatum
aduentũ præolfaciebat. Gratissima vero mora detinebant
oculos tuos, priuatĩ pro suis q̄sq̧ ædibus ædiderant oste-
tacula, partĩ ingenio repertoꝝ: partim ipsa nouitate, partĩ
magnificentia splendoreq̧ visenda. In summa, talis erat ri-
tus atq̧ apparatus excipiendi tui, vt si numen aliquod cœ-
litus demissum aduenisset, nõ multum potuerit adiici. De
studiis ac cerimoniis lo quor, non de sumptibus. Neq̧ enĩ
tu vnq̃ ciuium tuorũ charitatem largitionibus, aut vlla re
alia q̃ virtute tibi redimendã putasti, neq̧ nobis vnq̃ curæ
fuit ostentãdis opibus, potius q̃ modestis officiis nostri in
te animi fidẽ facere. Nam fortunarũ ostentatio vt periculo
sa est sub malo principe, ita bono principi suspecta est atq̧
inuisa. Tu q̃tum q̄sq̧ possideat, non vis procerum tuoꝝ o-
culis ostendi, ne forte cuiuspiam animus ad rapacitatẽ irri
tetur. Gaudes studio, gaudes aĩo, gaudes affectu tuoꝝ: quẽ
si tibi maluissent strepitu luxuq̧ declarare, nihil mihi cre-
de gemmarum, nihil auri: nihil vasorum, nihil vestium vsq̃
in scriniis abditum est, quod nõ in tuam gratiam deprom
ptum expositumq̧ fuisset. Sin eum tibi priscorum more
plausibus & acclamationibus voluissent testificari, pa-
remq̧ gaudio fremitum studuissent ædere, vocis profe-

Cuiusmõi oporteat esse põpã

Sentẽtia duplex ex cõtrariis.

Hyperbole.

cto magnitudinem: ne saxa quidem ipsa fuerant latura: ne
dum aures mortaliū. Verum quod in primis expectabas a
nobis: id visum est iis modis exhibere: qui pariter & nostra
synceritate: & tua modestiā dignissimi viderētur: veluti de
cētibus officiis, plenoq; alacritatis stupore: pleno gaudii si-
lentio. Deniq; quātopere nos de te: tu de nobis vicissim læ
tarere: quæ tādem alia res efficatius arguere poterat: quam
lachrimæ: quibus & ipse passim spectantium genas irriga-
ri videbas: quas & nos identidem tuis ex oculis prosiliētes
animaduertimus! An sunt obsecro vlla maiora: q̄ muta ac
gestibunda gaudia! An vlla læticia certior, q̄ quæ semet ab
artis suspicione: lachrimis asserit! Nam queadmodum per
mutatis rerum vicibus risum quēdam suum habet dolor:
quem Græci σαρδόνιον vocant & notum est illud de Andro-
macha Homericum δακρυόεν γελάσασα, id est lachrymabile
ridens: ita lachrimas suas habet & gaudium: vt est apud eū
dem poetam: de Vlysse patre: ac Telemacho filio inuicem
agnoscentibus ἀμφοτέροισι δὲ τοῖσιν ὑφ' ἵμερος ὦρτο γόοιο & in
fabulis inducit senex præ gaudio lachrimās: habet inq̄ la-
chrymas suas & gaudiū: at non nisi verum: non nisi ingens
non nisi maius: q̄ vt animi conceptaculis queat contineri.
Atq; in dolore fletum fortassis adumbrauit aliquis: in gau
dio certe nemo lachrimas fingit. Nisi si qs forte hymbrem
hunc quasi gemino manare fonte interpretetur: desyderii:
propter eos: quos in tuo comitatu frustra nostri requirunt
oculi: & gaudii: quod tibi cum reliquis: hoꝝ fata licuit effu
gere. Quandoquidem & hoc lachrymarum genus vtrin-
q; mixtum describit Homerus in Euryclæa. τὴν δ' ἄρα χάρ
μα καὶ ἄλγος ἕλε φρένα τὼ δέ οἱ ὄσσε δακρυόφιν πλῆσθεν Verum
hic dolor læticiam adeo non obscurat: vt etiā velut aquu-
la igni inspersa: vehemētius excitat incendiū: sic mors pau-
corum faciat: vt vberiorē de tua incolumitate voluptatem
capiamus. Hoc enim quicq; dulcius esse solet: quo fuerit ex
maioribus receptū periculis. Ego cum multis aliis indiciis:

Id est ambobus aūt illis desyderium sub ortum est ploratus. In adelphis.

Idest hāc autē gaudium & dolor corripuit animo. Ceterum ocli lachrimis implebantur.

tum certissimo lachrymarum argumento patria demõstrauit neminem vnq̃ principem se tanto cum gaudio vidisse primum: quanto te quasi postliminio redditũ: intuetur. Neq; mihi videtur ista voluptas sic totos animos hominum duntaxat occupasse: vt omneis tuæ ditionis vrbes: domus: viæ passim incredibili lætitia perstrepant: quin & ipsi parietes, ipsa tecta: ipsa flumina: ipsi campi: ipsa nemora: nescio quid nouæ alacritatis præ se ferre videntur Nihil vsq̃ tam brutum mihi conspicere videor: ad quod non appareat sensum aliquem tui reditus peruenire. Hanc imaginationẽ nobis læticiæ quasi quædã ebrietas parit. Omnia nobiscum exultare gestireq; videntẽ: putes optare sibi vocẽ: qua principi optatissimo reditum gratulẽtur: optare manus quib9 fœliciter reduci dent plausum. Quicqd enim vbilibet tua terra cõplectitur: hoc sese sibi redditũ existimat: posteaq̃ tu patriæ redditus es: cuius auspiciis constant floretq; omnia Imo ipsam patriam: siue hanc parentẽ tuæ celsitudinis: seu filiam magis cõuenit appellari: nã ancillam quidẽ tu vetas: illam inq̃ patriã quæ absentem te pridẽ tam anxie: tam misere desyderabat: videre mihi nũc videor longe alio vultu audire videor voce lætissima tibi præsenti gratulari: & ingentes illos suos affectus: huiusmodi quadam oratione vtcunq; ebalbutire. Ergo ne tandẽ meis votis redditus es optime maximeq; princeps? Iam ne tutũ deniq; curas illas pro te meas abiicere? Iam ne certũ phas est gaudere gaudium? An hallucinor: & oculi me fallunt: tãtũq; gaudiorum somnio tm̃? Adeo vix possum credere: quod tam sollicite desyderaui. Et tamen non mihi imponit aspectus: res est: non fantasma. Iam plusq̃ votorum compos: video te: audio te: contingo te: cõplector te: teneo te: meum lumen: meum decus: meum præsidium. Vt bis gaudeo: & metus pro te meos irritos fuisse: & spes successibus rerũ tuarum superatas. Vt etiã triumpho meam pietatem apud supos pro tua incolumitate valuisse. Quæ mihi tãdem victimæ: q̃ nã hecatombæ

Hiperbole.

Prosopeia patrie gratulantis.

in hoc suffecerint: vt grater numinibus: vt diuinæ benigni tati: quas tot nominibus debeo: gratias agã? Quæ te e tam longinqua peregrinatione: eaq; fere bienni: prospere reducem fecit: quæ iterum atq; iterum a morbo sospitem restituit: quæ a periculis: īsidiis: venenis: breuiter omnib9 quæ solent aliis: in lõginquis ac diuturnis itineribus obtingere, integrum incolumemq; reddidit? Deniq; quæ me me mihi tecũq; restituit vniuersa? Omnia enim mihi reddita existimo: te recepto. Me seruatam arbitror: posteaq̃ tu saluus es. Atqui recepi te non solum incolumem: verum etiam nulla non bona re cumulatiorem. Plusq̃ beata mihi videbar futura: si nihil horum euenisset: quæ tũ misera metuebã. At nõ ea modo depulit abs te tutela dei: quæ deprecabar: verum adiecit eiusdem benignitas: quæ ne precari quidem audebam. Posthac demum intelligam fœlicitatem meam (fœlicitas autem mea tu es vnus) multoq; tum auidius: tum suauius fruar bono meo posteaq̃ id intermissa copia: cum maius effecit: tum iucundi9. Quã præclara res sit valere: morbus docet: q̃ta cõmoditas sit habere: declarat egestas. Quãti mea referat: Principem coram intueri: ista me docuit peregrinatio. Vt omnia te submoto defloruerant: emarcuerant: conciderant. Sordebat nobilitas: mœrebat aula: frigebat omnium artium quæstus qui non alibi consueuit vigere magis: vacabant officinæ: deserebantur tabernæ languebant mercimoniæ: defluebant nundinæ: iacebant studia literarum, quæ nunq̃ magis q̃ sub optimo Principe florere solent. Obmutuerant & musæ meæ, que solæ piis principibus immortalitatem: ac plane diuinitatem quãdam possunt largiri: Consenuerãt virtutes: Omnia ad famem sitimq; spectare videbantur. Quæ tu repente omnia non solum restituisti restitut9: verũ floretiora multo fecisti, q̃ antea fuerant. Respirarunt artes: reuiguit quæstus opificum: repente enituit nobilitas: refloruit aula: feruent officinæ: frequẽtantur emporia: repullularunt honesta studia: reuixerunt

Sentẽtia persone ac cõmodata

Incõmoda ex absẽtia prīucipis que.

Commendatio studiorum.

ingenia: certatimq́ iam moliuntur aliquid te dignum ex-
cudere: quo cũ tuam celsitudinem sibi demereãtur: tum e-
gregia tua decora memoriæ dedicent sempiternæ: idq́ nõ
caducis titulis: aut operosis pyramidibus: quas demolitur
ætas: obliterat obliuio: contemnit, aut etiam carpit poste-
ritas: sed iis monumentis, in quæ sola nihil liceat: neq́ ven-
tis, neq́ hymbrib⁹: imo quæ ipso æuo: quo reliqua omnia
senescunt ac deficiunt: magis ac magis illustrantur: quasiq́
iuuenescunt. Atq́ isthuc quidem hoc propensiore moliun-
tur animo: quod intelligũt apud tuam amplitudinem: nul
li rei æque præmium esse: q̃ vel moribus incorruptis: vel e
gregiis ingeniis Adeo iudicas ad ornamẽtum ornatissimæ
ditionis tuæ pertinere: vt viris eruditis abundet: vt quo rẽ
literariam faceres nobis locupletiorem: curaris (vt audio)
mortaleis aliquot vtriusq́ literaturæ sciẽtissimos: & in om
ni doctrinæ genere præcellẽtes adducere: quibus veluti se-
minarium ministrantibus: crassiorem hanc & nostratem e-
ruditionem incipiamus dediscere: & melioribus tandem as
suescamus disciplinis: quæ quoniam iam olim in Græcia:
iam pridem in Italia: nuper etiam ĩ Galla: peruetusta & ipsa
studiorũ sede: incõmode cœperũt haberi: nimirũ, ꝓpter tu-
multũ bellorũ & clangorẽ tubarũ: a q̃bus vehemẽter abhor
rent: q̃ppe pacis filiæ: tranq̃llitatis alumnæ: fortassis in hãc
tuam ditionem non inuitæ demigrabunt. O quæ gaudia
nunc animo præcipio: quam gloriæ voluptatẽ mente præ
sentio: dum auguror me tuis auspiciis futuram aliquando
quam nulla terrarum vllo in genere laudis queat contem-
nere! Sed futura bene secundent superi: & oẽm inuidiã for
tunæ procul arceãt. Interim tutũ est hoc p̃senti gaudio frui
Interim phas piumq́ est, deo sospitatori diuisq́ fauentibus
gratias agere: quod & mea pro Principe: & pricipis pro me
pia vota valuerũt: quod vtriq́ alteris frustra timuim⁹. Nã
& ego pro mea in te charitate: non potui tibi non omnia

illa timere: quæ fortuna versatilis solet in reb⁹ humanis excitare. Tu cõtra mihi pro tua pietate: quicqd maloꝝ absente pricipe solet exoriri. Quo maior vtriusq; met⁹: hoc gaudium item vtriusq; effusius: quod primum diuino fauore: deinde tua tum prudentia: tum fatali quadã fœlicitate: postremo regum humanitate fideq; gentium effectũ est: vt reuersus incolumis: reuersus pluribus principatus titulis auct⁹: oĩa mihi læta retuleris: quodq; meo vicissim officio curaq; cautum est: ne quid tua pietas parum lætum rediẽs offenderet. Quod reliquũ: est deum optimum precor: vt istã mentem tuam seruet semperq; in maius prouehat. Hunc item mihi animum velit esse perpetuum: vt q̃ diutissime & tu mihi fœlix ac salutaris esse possis: & ego tibi pia atq; officiosa. Quicquid ab optimo parente poterat expectari: id hactenus cumulatissime mihi prestitisti. Ego q̃ responderim nescio: certe conata sum sedulo par pari referre. Verum in posterum quicquid obsequii: quicquid amoris, qcquid officii oportet parentem ab amantissima filia expectare: id omne velim tipiipsi de me polliciare. Tu perge magis ac magis istum animum exhibere: ego vicissim meo in te studio semper aliquid adiiciam. Hæc puta gentem omnem tuam: hæc singulos: hæc vniuersos & dicere & sentire florentissime Princeps

PANEGYRICI DE FOELICI AD SVOS reditu, Philippo Burgundionum duci exhibiti. Finis.

DES. ERASMVS ROTERODAMVS IOANNI Paludano doctissimo atq; humanissimo inclytæ Louauiensium academiæ Rhetori. S. D.

INtelligo tuis ex literis musarum meumq; delicium: Ioannes Paludane: id quod & sine literis facile coniectabam: vt es mei nominis vel meipso studiosior: te iamdudum sitienter expectare, panegyrici nostri iam emergentis in lucem: quasiq; nascentis: quod tandem fatum: quis genius fore videatur. Vix dum prima pagella: recēs, & adhuc ab officina madēs cœperat ostentari: atq; (vt fit ī re noua) aliis ab aliis per manus tradi: Erasmus interim, quem scis: quantopere semper delectarit Apelles ille post tabulas latitans, nusq̄ non aures arrectas habebat: vndiq; captans non q̄ multis placeret (cū mihi qdem ad conscientiæ fiduciam & vnius hominis iudicium abunde sufficiat, modo is vel Valasci nostri, vel tui similis sit) sed qua parte displiceret. Nam laudator nisi eximie doctus: officit quoq;, at repræhensor etiam parum eruditus, aut admonet, quod te suffugerit: aut ad defēsionem recte dictorum expergefacit, & aut doctiorem facit, aut certe reddit attentiorem. Proīde dispeream: nisi mihi Momū vnum malim sanus, q̄ decem Polyhymnias. Sed qd verbis opus? Illud in totum affirmarem, si q̄ vere, tam non arroganter dictum videretur, non paulo plureis fore q carpāt, q̄ qui intelligant. Ex tribus autem repræhensorum generibus primum haud satis etiam scio, risui mihi magis fuerit an miserationi: videlicet eorum: qui sibi præclare literati videntur, cum nihil sint minus. Ii me statim in ipso Panegyrici limine offendisse, quasiq; in portu (quod aiunt) impegisse prædicabant, ibi erratum esse putantes: quoties non satis intelligebant. Quid autem bone deus intelligūt isti? Itaq; quasi sorices suomet indicio peribant, propriam prodentes inscitiam, dum insectantur alienam. Sed totam

hãc fabulam malo coram: quam quidem scio tibi magnæ voluptati futuram. Cæterum haud quaq̃ mihi contemnẽda ducebam reliqua duo calumniatorum genera: alterum imperitorum, neq; satis prudẽtium, qui totum hoc meum ornandi principis, studium, adulationem vocabant: alterũ mediocri literatura hoĩm: q in opere quasi nondum dedolato: nonnullis rebus offendi vel desyderare quædam potius videbantur. Et altius qdem me pupugit prior illa repræhensio: quippe quæ moribus labem conaretur aspergere. Altera leuius commouebar: quod ingeniũ modo taxaret non etiam vitam contaminaret. His igitur, pro viribus est satisfaciendum, illi sunt acrius refellendi. Principio qui Panegyricos nil aliud q̃ assentationes esse putant: prorsum ignorare videntur: quo consilio, cui rei, genus hoc scripti sit a prudentissimis viris repertum: nempe vt obiecta virtutis imagine, improbi principes emendarentur: probi proficerent: rudes instituerentur: admonerentur errantes extimularentur oscitantes: denique ipsi apud sese pudescerẽt deplorati. An vero credendum est Calisthenem tantũ philosophum: cum Alexandri laudes diceret, an Lysiam atq; Isocratem: an Plinium, & cum his innumerabiles: cum hoc in genere versarentur: alio spectasse, q̃ vt sub laudandi prætextu cohortarentur ad honesta? An tu censes regibus sic natis, sic educatis: tetrica illa Stoicorum dogmata: & cynicos latratus esse proponendos? scilicet vt aut cachinnũ moueas, aut acrius etiam irrites? Generosus animus quãto cõmodius ducitur q̃ trahitur: quantoq; melius blandimentis sanatur: q̃ conuiciis. Quod autem efficatius: imo quod aliud prudentibus est vsurpatum cohortandi genus: q̃, vt magna iam ex parte tribuant ea decora: ad quæ prouocant? An non laudata virtus crescit, & immensum gloria calcar habet? Quid: quod ipse Paulus apostolus non raro hoc artificio quasi pia quadam vtitur adulatione: laudans, vt emendet? Iam vero qui possis scelesto principi tum impu-

nitlus tum acerbius exprobare crudelitatem: q̄ si in eo cle-
mentiam prædices: qui rapacitatem, violētiam, libidinem,
q̄ si benignitatem: moderationem: castimoniam efferas.
Virtutem vt videat: intabescatq; relicta! Sed Augustinus
(inquiunt) multa se fatetur ementitum fuisse in referendis
laudibus imperatoris. Quorsum isthuc pertineat: quod il
le scripsit vir obstinatius etiam infensus mendacio: non est
huius loci disputare. Certe Plato, certe Stoici mendacium
officiosum permittunt sapienti. An non recte puerilem in
dolem falsis laudibus nōnunq̄ ad virtutis studium inflam
mamus! Nonne & optimus quisq; medicus: ī egrotis affir
mant sibi placere colorem: atq; oris habitum, non quod ta
les sint, sed vt tales efficiat! Adde his: quod candidi pecto-
ris est: in sui principis admiratione vel hallucinari: & in eo
laudando modum obliuisci: in quo amando nullus debet
esse modus. Tum autem publicitus interest, vt de principe
etiam non optimo: tamen, plusq̄ optime sentiant ii, quibus
imperat. His nimirum Panegyricus scribitur, non princi-
ci: si sit illaudatus Neq; enim vni præstatur, de quo dici-
tur, sed plurimis apud quos dicitur, quorum auribus per-
multa tribuas necesse est, quemadmodum fit in concioni-
bus: cui Panegyricorum genus esse simillimū vel ipsa vox
admonet, quæ græcis a conuentu promiscuæ multitudi-
nis dicitur. Vnde & Fabius nullo in genere tantum esse li-
centiæ credit: q̄tum in iis in quibus phas est ad demulcen-
das auditorum aures omneis rhetorices fucos, omneis de-
licias palā ostentare. Deniq; posteris quoq; scribuntur ista
scribūtur orbi, neq; ita magni refert huc spectanti, cui⁹ noīe
boni principis exemplar proponatur in publicum: modo
id scite facias, vt cordatis nō inescasse, sed monuisse videare
Verum q crimen adulationis impingūt: primum parum
aīaduertere videntur: sese non tam mihi: q̄ ipsi prtncipi cō
uicium facere: deinde nō intelligunt in sese recidere contu

meliam: cũ ipsi adulatores sint maximi. An vero iuxta Hesiodum, hic quoq; κεραμεὺς κεραμεῖ φθονέει καὶ τέκτονι τέκτων. Verũ nimium est interualli inter istorum teterrimũ assentãdi genus: & hoc non meũ: sed eruditorum oĩm. Illi laudant & turpia: & sui compendii causa seruiliter blandiuntur auribus stultorum: nos amabilem illam virtutis quasi faciem in commune proponimus: idq; eius nomine: quem ea maxime deceat, cuiusq; titulo facillime cõmendari queat multitudini. Q̃d si q̃ clamẽt totũ hoc ineptũ esse laudare quẽpiã: possem istis Plinianis respondere verbis: sic illis videri quia desierint facere laudanda. Verũ sint isti quantũlibet seueri: nobis liceat ineptire cum Ambrosio: cum Hieronymo: qui multos scriptis ad ipsos laudibus ornarũt. Quod viris tam diuinis in priuatis licuit epistolis: mihi in tam populari tamq; poene theatrico scripti gñri non licebit? Hæc purgatio apud prudentes iudices non inhonesta videretur opinor: etiam si mihi Phalaris aliquis: aut Sardanapal9 aut Heliogabalus hoc Panegyrico laudat9 esset. Nunc ne quis forte suspicetur: me postulare: vt mihi quicq̃ eorũ quæ dixi aduersus adulationis calumniam patrocinetur: Principem vtcũq; depinxim9: iuuenem quidem illum: sed in quo præt̃ fortunæ cõmoda: quibus nulli certe secundus est magnæ iam virtutes eluceant: tum in posterum nulla non virtus expectetur. A quo quidem non tam mihi speranda sit studii mei gratia: quod laudarim: q̃ metuenda (quod abominor) indignatio: idq; propter singularẽ ipsius modestiam: cui nulla non de se laus nimia videtur esse. Rursus aũt in ius vocabunt alii: quib9 illius decora notiora sunt q̃ mihi, quod omnia tum minora: tum pauciora verĩ scripserim. An effecerim nescio: certe sedulo conatus sum sic toti9 orationis consilium ductũq; temperare: vt doctis atq; attentis quouis potius spectasse videret: q̃ ad assentationem. A quo profecto vicio (te ĩ primis teste) sic abhorrui semper: vt ne possim quidẽ adulari cuiq̃ si velim neq; velĩ si possim. Pro-

Inde nihil vereor ne crimen istud ĩ meos hereat mores, apd̃ eos q̃ tecũ Erasmũ intus & in cute norunt. Vt igitur apud istos tu meæ simplicitatis vel testis vel patronus esse optimus potes, ita q̃tũ ad ingenii calũniam attinet, nemo te melius nouit q̃ppe sub cuius oculis res oĩs & cepta est & absoluta, tria quædã p̃cipua defuisse πράγμα πάθος καὶ χρόνον. Quoꝝ primum tm̃ habet momenti: vt sine eo: ne quod incipias q̃dem dicere habeas. Quid enĩ dicat vel Tullius ipse nisi de causa edoctus? Alterum tantum adfert momenti, vt teste Fabio, vel citra doctrinam disertissimos soleat reddere. Scis autem q̃ vix extuderis, quam vix mihi imperarĩ, vt hãc curam suscipere quam refraganti reclamantiq̃ aĩo, deniq̃ quam nõ meo stomacho scripserim. Porro tertium eiusmodi est, vt ne doctissim⁹ q̃dem q̃cq̃ elimatũ queat adferre, nisi multa dies & multa litura coercuit. Iã regni limites attigerat princeps, priusq̃ tibi veniret in mente. Et frigidum fuerat, tũ de reditu gratulari, cũ is iam inueterauisset πᾶν γὰρ ἄκαιρον ὅσιν ἀηδῶν. Itaq̃ tumultuanter moles quædã verborum congesta est. Quid enim aliud poteram totius ignarus argumẽti. Quod aũt est sine ossibus corpus: id est sine rebus oratio. Quasdam vero res accipit orator, nõ excogitat. Neq̃ mihi pro tp̃is angustia defuit percontãdi studium, sed alii conuiuioꝝ apparatus atq̃ id genus nugas respondebant, partim incõpertiora, q̃ vt auderem literis cõmittere. Quod si in hac parte tã non defuissent gloriæ prĩcipis, q̃ suis cõmodis nõ desunt q̃dam, eq̃dem peruidebam rẽ probe posse splẽdescere, verũ esse totam orationis telam de integro retexendã. Et iam minus etiã adiuuabar aĩo, q̃d spe quoq̃ parandæ instructionis essem destitutus. Quod igitur solũ, & licuit, & libuit, relicto tenore pristino: multis locis multa velut intertexui, idq̃ ex tp̃e, ne a reliquo corpore velut perperam assuta discreparent. Hoc pacto certe lõgiorem feci panegyricũ, an meliorẽ fecerim nescio. Porro necessum erat aliquoties ad locos communes diuertere, &

durlores interdũ παρεκβάσεις adhibere, quæ tñ ipse quocũq; modo erãt ad profectionis argumentũ detorquẽdæ. Quãto videlicet me fœlicior Plini9 Cecili9, non solum disertior, nõ modo quod ei talis contigerit imperator, isq; iã can9, iã oĩb9 ciuilis ac bellicæ rei munerib9 pfunctus, sed multo maxime, qđ quæ laudabat plæraq; viderat. Optime narram9 q̃ nobis notissima sunt. Nihil aũt notius, q̃ qđ oculi tradiderunt aĩo. Quas quidẽ ob res ausus est lectorẽ ille in eplã quadã ossitantẽ ad p̃ssius annotãdas figuras, trãsitus, & ordinẽ expergefacere. Mihi magis rogãdi sunt ii quib9 Lincei sunt oculi, vt ad multa cõniueãt. Video & ipse quædã adhuc hiãtia, quædã ascita, quædã pturbatiora, nõnulla verbis luxuriãtia, nihil aũt satis excussum atq; expolitũ. Et tñ qui sunt æquiores, nõ tã mihi imputabũt, q̃ iis incõmodis, q̃ modo retuli. Atq; hæc qdẽ verbosius ad te doctissime Paludane. Cui enĩ potius q̃ tibi cũ nullius magis partes esse videãt q̃ tue, aduersus oẽs calũnias nostri patrociniũ suscipe, nõ solũ quod abũdantia quadã amoris erga me tui, meis rebus perĩde vt tuis soleas cõmoueri, verũ etiam q; bona pars ad te pertinere videatur, vel criminis si merear reprehendi, vel etiam laudis, si q̃ laus hinc mihi debeãt. Tu siqdem mortalium vn9 vt hoc laboris capesserem reluctantẽ detrectanteq; perpulisti, idẽ vt pergerẽ assiduos stimulos subdidisti, tu vt Illustrissimo Pricipi exhiberem, & author & adiutor fuisti: Idem vt æderem deniq;: nõ conquieuisti: donec persuaseris. Quin in ipso operis progressu cũ alia quædam tũ illud imprimis suggessisti: id quod ego libenter arripui: vt honorifica mentione ornatissimi patris Francisci Buslidiani archiepiscopi Byzõtini: viri nũq̃ satis laudati memoriã qua possem: ab obliuione situq; assererem. Adieci carmen: eiusdem texturæ: id est extẽporale: id quod vel tacente me ipse facile perspicies. Vale literarum decus: nosq; (quod & potes & debes: vnus omnium maxime) fortiter defende. Antuerpiæ ex officina chalcographica.

ILLVSTRISS. PRINCIPI PHILIPPO FELICI-
ter in patriam redeunti gratulatorium Carmē
Erasmi: sub persona patriæ.

O Semper memoranda dies plaudendaqꝫ semper.
Quam niueo faciles ducūt mihi vellere Parcæ.
Ecquis Erithræis tam candidus vnio conchis
Innitet: vt merita queat huius munera lucis
Insignire nota! quæ te optatissime princeps
Iam lassis desideriis votisqꝫ tuorum.
Restituit: nunc nunc videor mihi reddita demum
Te: mea spes: decus: ac votorum summa: recepto
Scilicet vna parum est: tam festæ gemma diei:
Quæ semel anteactæ nouat omnia commoda vitæ:
Quæ tot læta simul cumulo mihi congerit vno.
Lingua deest animo: neqꝫ enim in sua gaudia pectus
Sufficit: ad iustos desunt sua brachia plausus.
Sospes ab Hispano rediit meus orbe Philippus:
Sospes: cunqꝫ meo redierunt cuncta Philippo.
Ecce canunt reducem populusqꝫ patresqꝫ Philippum
Clamat Io reducem læta vndiqꝫ turba Philippum.
Respōsant reducem vocalia tecta Philippum:
Nec fallax ista est iteratæ vocis imago:
Saxa etiam reducem sentiscunt muta Philippum:
Et recinunt reducem minime iam muta Philippum.
Cum procul hinc aberas: squallebant omnia luctu:
Mox vt saluus ades: renitescunt omnia cultu.
Sic vbi tristis hyems aquilonibꝰ asperat auras:
Nuda senescit humus: mœrent sine floribus horti
Torpescunt amnes: languet sine frondibus arbos:
Stat sine fruge seges: marcent sine gramine campi.
Rursus vbi zephyris tepidum spirantibus: anni
Læta iuuenta redit: gemmantur floribꝰ horti:
Effugiunt amnes: reuirescit frondibus arbos:
Fruge nitent segetes: hilarescunt gramine campi.

Sic simul auricomus se condidit æquore Titan,
Mox perit hæc nitidi facies pulcherrima mundi.
Pigra quies subit, & nigrantibus horrida pennis,
Nox operit, mortiꝗ simillimus omnia torpor.
Rursum vbi purpureis aurora reuecta quadrigis
Rorantes tenero detexit lumine terras,
Cuiꝗ repente sua species redit, atꝗ renasci
Cuncta putes, blandoꝗ magis iuuenescere vultu.
Tu ver dulce meum, tu lumen amabile, solus
Cuncta rapis fugiens, ac redditus omnia reddis.
Quam misere absentem lugebāt cuncta Philippum̄,
Quam mihi sollicitis trepidabant viscera curis,
Dum tibi nunc iterum peragratur Gallia triplex,
Nunc magni lustras soceri latissima regna,
Nunc tumidum visis Rhodanum, gelidisꝗ propinqua
Arua iugis, dulci placidæ regnata sorori
Nunc rapidum superās Rhenum, petis ampla parentis
Imperia, & varias gentesꝗ vrbesꝗ pererras.
Illarum studio, ac pro rerum pondere, velox.
Ad mea vota tamen lentissimus. Vt mihi segnes
Torpidius solito visi prorepere menses.
Vt geminæ noctes, vt tardius ire videri
Inuitis sol fessus equis. quin sæpe fathiscens,
Impatiensꝗ moræ pietas, hæc æminus in te
Latrabat, calidis conuicia mixta querelis.
O nimium sæcure mei, iam tertia bruma
Appetit, & cessas etiam lentusꝗ lubēsꝗ,
Atꝗ oculos sine fine tuos peregrina morātur,
Nec sentis, quod sola malisꝗ metuꝗ fatigor.
Num tibi nuper inest adamas in pectore nat⁹?
Nuncubi somniferæ gustasti flumina Lethes?
Qui dulcis patriæ, terreꝗ altricis alumnus
Non meminisse potes? tam longo ferreus æuo
Non meminisse potes? Sic te regna extera tangunt?

CARMEN GRATVLAT. AD PHILIPPVM

Esto bis affinis se tollat in æthera Betis,
Et geminis tumeat titulis. Germania, iure,
Haud ego diffiteor, magno genitore superbit.
Nec domina temere Sabaudia læta sorore est,
Francia iam tritauos, cognataq; stemmata centum
Ostentare potest. Vno hoc ego nomine primas
Assero, nec cedo socero, neq; cedo sorori,
Nec centum cedo vinclis, neq; cedo parenti,
Numinibus tantum, superisq; secunda beatis
Hoc inq̃ titulo, quod te mihi protinus vni
Elapsum archanis vteri Lucina latebris
Tradidit in gremium, quod dulcia murmura primæ
Aurib9 vna meis hausi lætissima vocis,
Reptastiq; sinu generosus pusio nostro.
Qualibus o mihi tum saliebant pectora votis,
Qualib9 o mihi nunc saliunt præcordia votis.
Tunc ego plaudebam natum festiua Philippum,
Nunc ego plaudo mag[reducem festiua Philippum
Illo quanta die præsensi gaudia mente,
Hoc maiora die persentio gaudia mẽte,
Vicisti mea vota, bonis gratissime diuis,
Optatis mihi maior ades, Nunc thure Sabæo
Templa vaporẽtur, nunc omnis luceat ara,
Victima nunc dextro properet votiua tonanti.
Is mihi te quondam dederat, mihi reddidit idem,
Et dederat magnum, at maiorem reddidit idem,
Perge precor Lachesis simili de vellere totam
Principis, in longumq; velis deducere vitam,
Nec pullis vnq̃ vicies bona stamina filis.
Tuq; pater qui digna soles immittere dignis,
Eq; pithis misces mortalia fata duobus
Huic nihil, aut certe minimum de tristibus addas,
Sed mihi perpetuo sit, vt est, lætissimus ille,
Contra ego perpetuo sim, vt sum, lætabilis illi.

Mutuaq̃ hæc nobis ac tam pia gaudia nunq̃
Humanis infesta bonis turbauerit Ate.

F I N I S.

¶ Amplissimo Pr̃i ac dño D. Nicolao Ruterio Episcopo Atrebatensi. Des Erasmus Roderodamus. S. D.

MVltis adeo noĩb9 mihi visum est cõuenire ornatissime presul: vt Panegyricus quẽ principi Philippo ex Hispaniis reduci nup exhibui, tui potissimũ noĩs auspiciis ĩ manus hoĩm exiret, primũ quod vn9 oĩm apud nos rei literariæ cãdidissime faucas, prsusq̃ erga doctos oĩs Mecœnatẽ quendã vel parentẽ potius agere soleas, deĩde siue qd ad illustrandã principis gloriã labor hic meus adferet momẽti, nemo te dignitatis illius studiosior: siue magis ad cohortandũ valebit, istuc vero tibi sp vnicũ & a Philippo ad Philippũ: pauo pnepotẽ: ppetuũ studiũ fuit salutaribus ac liberis cõsiliis: ducũ aĩos ad honesta vocare. Postremo vt p eundẽ bonis ingeniis cõmendaret nr̃a gratulatio, p quẽ antea prĩcipi placuisset. Placuisse aũt cũ oculis: vultu, atq̃ ipsa quod aiũt fronte: tũ amplissimo munere veluti iudicii sui pignore testatus est, nihil nõ offerẽs si voluissem ĩ aulicã immigrare familiã. Nam plures alioq causæ suadebãt: vt eã pro viribus abderẽ premerẽq̃: quod hĩc ingenioli mei modulus succurreret, hinc obuersabatur aĩo, quã arduũ esset maximoꝝ prĩcipũ maiestatẽ orõne sustinere: q̃tũ aũt flagitii eã culpa deterere ingenii: queadmodũ ait Horatius. Neq̃ enĩ cuiusuis penicillo numinũ effigies digne repsentantur. Adde iam quod & alias impar: ipso etiã tpe: sicuti scis excludebar Etenĩ cũ mihi serovenisset in mentẽ: tũ de re nihil tenerẽ, nisi q̃tum hoĩ rerũ hmõi minime curioso, spq̃ libris immussanti, publicus rumor suggessisset tumultuaria primũ opa: verboꝝ quasi syluã quãdam repẽte corrui, ac veluti primo: sicut aiũt, cœlo, futuri Panegyrici rudẽ simulachrum deformaui. Dehĩc vbi de re

multũ vestigata: nõ multo factus essem instructior, negligẽtibus aliis: aliis etiã studio cœlãtibus: & æditio iam passim efflagitaretur a studiosis: neq̃ liberet totã operis telam retexere: cõpluribus locis interfulsi quædã. Vnde vereor, ne peritiorꝶ vngues: orationis inæqualitatẽ & hiantes alicubi cõmissuras, sint dep̃hensuri. Porro cũ oculi sint vnici bene narrãdi magistri, mihi ne audire q̃dem cõtigit, nisi ꝑpauca quædã, eaq̃ incõperta, vt hic totus locus fuerit quasi summis pedibus trãsiliẽdus. Nã de p̃ricipe: & parũ cõfessa scripsisse, sacrilegii genus est. Accedebat huc: quod mea simplicitas: vt ingenue dicã: a toto hoc scripti genere nõnihil abhorreret, in quod vnũ vel maxime videatur herere Socraticũ illud τὴν ῥητορικὴν, τρίτον εἶναι τῆς κολακίας μόριον. Quã q̃ ista nõ tã αἴνεσις q̃ παραίνεσις est. Nec alia ꝓrsus æque efficax emendãdi p̃ricipis rõ, q̃ si sub laudãdi specie, boni p̃ricipis exẽplar, offeras: modo sic virtutes tribuas: sic vicia detrahas, vt ad illas adhortari, ab his deterrere videare. Neq̃ enĩ medici quẽlibet eadẽ: sed aptissima queq̃ curãt via. hac videlicet formula tueri me poterã, nisi in eũ p̃ricipẽ incidissem: in quo laudãdo ne necesse q̃dẽ fuit q̃cq̃ affingere: hac vna ĩ re fortunatus. Fortunatiores tñ futuri, q̃ hũc ipsum iam senẽ describent. Cuius cõsilia vt nobis diuina benignitas, magis magisq̃ prospera velit esse precor. Bene Vale.

Εἰς φίλιππον ὀμηρόκεντρον.

Χαῖρε φίλιππε πάτρης γλυκερὸν φάος, ὄρχαμε λαῶν.
Ὦ φίλ᾽ ἐπεὶ νόστησας ἐελδομένοισι μάλ᾽ ἡμῖν,
Σῶος τ᾽ ἦλθες, μέγας τε, θεοὶ δέ σε ἤγαγον αὐτοί.
Οὖλέ τε καὶ μάλα χαῖρε, θεοὶ δέ τοι ὄλβια δοῖεν.
Καὶ παισὶν παίδων, καὶ τοὶ μετόπισθε γένωνται.
Ἀλκιμὸς ἔσσ᾽ αἰεί, καί σου κλέος οὐκ ἀπολεῖται.

Τέλος.

IN PRINCIPE REQVIRI DOCTRINAM, PLVtarchi commentarium, Erasmo Roterodamo Interprete.



Lato rogatus a Cyrenẽsibus: vt sibi leges scriberet, scriptasq́ relinqueret, ac reipublicæ statum componeret, recusauit, dicens esse perdifficile leges condere Cyrenensibus, qui tam essent fœlices. Nihil enim tam superbum, nihil tam intractabile, ac morosum esse, q̃ hominem quem fœlicitatis opinio corripuerit. Qua propter difficile est, his qui gerunt imperium, de imperio cõsulere. Reformidant enim rationem, ceu principem admittere, ne potentiæ bonũ, quod habere videntur, impediat: si id astrĩgat & seruire cogat honesto. Idq́ faciunt, q̊ ignorent sententiam Theopompi Spartanorum ducis, q cum primus ĩ Sparta regiæ potestati adiunxisset magistratus Ephoros, deinde vxor dixisset probro illi futurũ: si filiis traderet minus imperium, q̃ accepisset ipse, imo maius inqt relinquo, nimirum hoc maius quo firmius. Nam cum acerbitatem ac seuiciam imperii remisisset, vna cũ inuidia vitauit & periculum. Quanq̃ Theopompus ex imperio velut magno flumine deductis riuis, q̃tum aliis dedit, tm̃ sibi detraxit. At ratio, quam adfert sapientiæ studiũ, si principi assideat ei ceu domesticus custos adiuncta bonæ valetudinis, sublato eo quod est periculo obnoxiũ, quod sanum est, relinqt. Sed plæriq́ reges ac principes parum cordati, statuarios imperitos imitantur, q credunt Colossos magnos & amplos videri: si tibiis vehementer diductis, si late distentos, & hiantes finxerint. Nam hi quoq́ grauitate vocis, toruitate vultus, ac morum truculentia, fugaq́ consuetudinis humanæ: maiestatem & authoritatem imperii sibi videntur imitari, nihil prorsum a Colossorum signis discrepantes, q cum foris heroicam ac diuinam quandam speciem præ

Imperiũ non spatio sed stabilitate metiẽdum.

Bona similitudo

se ferant: intus pleni sunt, terra, lapide, plumbo, nisi q istud Colossorum pondus rectitudinem illorum stabilē & immotam seruat. At inerudití duces ac principes: ppterea q intus male librati sint: sæpenumero vacillant: ac subuertūtur. Etenim cū basi non recte positæ sublimem superstruūt potestatem simul cum ipso pondere nutant: & ad ruinam inclinantur. Verum queadmodū oportet: vt ipsa regula primum recta sit nihil habens obliquū: deinde cætera sibi admota: quaten9 sibi cōgruunt: exæquet: consimili modo princeps posteaq̄ imperiū in seipso parauerit: ac direxerit: vitāq suam cōposuerit: tū debet sibi applicare eos: qb9 imperat. Nec em̄ cadētis est: aliū erigere: nec ignorātis docere: nec icōpositi cōponere: nec ordinare inordinati: nec impare ei9: qui nō pareat imperio. At q parū sapiunt: illud præcipuum imperii bonum esse ducūt: q nulli9 imperio subiaceant. At Persarum qdē rex oēs pro seruis habebat: præter vxorē suā: cui9 maxime cōueniebat esse dominum. Quis igit impabit pricipi? Nempe lex: oīm regina & mortaliū & immortalium: vt ait Pindar9: nō ista quidē lex foris in libris: aut ligneis scripta tabulis: sed viua illi insita rō: semper conuiuens: ac familiaris principi: nec vnq aīm suo ductu suaq moderatione destituens. Nā Persarū rex vnū habebat cubiculariū: cui hoc negocii mandatū erat: vt diluculo ingressus illi diceret Surge rex: atq ea cura negocia: q̄ te curare voluit Mesoromasdes. At erudito prudentiq principi intus in aīo adest: qui sp idem dictet ac iubeat. Polemon dicebat amorē esse deorum obsequiū ad prospiciendū adolescētulis. Sed veri9 quis dixerit: principes ministros esse dei: ad curam ac salutem hominū: vti bona quæ de9 illis largit: partim distribuant: partim seruent. Vides in sublimi cœlū hoc immēsum: qd terrā vndiq liquidis vlnis amplectitur. Illud quidē demittit seminum, qbus opus est, principia: terra vero producit. Crescunt autē partim hymbribus: partim ventis: partim stellis ac luna cōfouentib9. Porro sol ornat omnia: omnibus vim

Dissimile.

Comparatio principis ad regulam.

Sentētia.

Mos persarum.

Lex omnium regina.

Pricceps quid sit.

amoris ex sese admiscens. Sed tot tantisq; muneribus, ac bonis, quae dii largiuntur, nō licet, nec frui, nec uti recte si desit lex, iusticia & prīceps. Itaq; iusticia quidē legis est finis. Lex aūt principis opus. Princeps vero dei simulachrū administrātis vniuersa, nihil egēs Phidia statuario, neq; Polycleto, neq; Myrone. Sed ipse seipsū p virtutē deo similē reddidit, ac fabricatus est statuā oīm visu iucundissimam, ac magnificētissimā. Quēadmodū eīm deus in cœlo pulcherrimum suiipsi⁹ simulachrū constituit, solē ac lunā, talis est in republica imago ac lumē princeps, q̄ dei reuerēs, iusticiam tuet̄: hoc est dei rōnem gestat, nempe intellectū, non sceptrū, aut fulmen, aut tridētem, qua specie seipsos nōnulli fingunt, ac pingūt stulticiā suam, q̄ videāt̄ inaccessi, reddentes inuidiosam. Offenditur eī deus his qui tonitrua: fulmina: radiorum iaculationes imitant̄. Delectatur aūt his qui suā aemulantes virtutē semet in honestate & humanitate reddūt adsimiles: atq; hos in maius prouehit: imperticēs suam aequitatē: iusticiā: veritatē: ac mansuetudinē. Quibus reb⁹ nihil est diuinius: neq; ignis: neq; lux: neq; solis cursus: nec exortus: aut occasus astrorum: nec ipa aeternitas: aut immortalitas. Non enim foelix est deus vitae spacio: sed eo quod est princeps virtutis. Nam hoc est numen. Porro virtutis decus est in quod gerit imperium. Anaxarchus igitur cum Alexandrum de Cliti caede discrutiātem sese consolaret̄; dixit ad hunc modū, Clito iusticiam cōtigisse, quae diis assideat, vt quicqd a rege fieret, phas iusq; videretur, idq; nec recte, nec vtiliter, cū regē errati poenitentē animare ad similia patrāda existimaretur. Quod si hisce de reb⁹ similitudines sunt conferendae, nō assidet Ioui iusticia, sed ipse iusticia, phasq; est, lexq; tum antiquissima, tū exactissima. Veteres ita & loquuntur: & scribunt: & docent: absq; iusticia principatum recte gerere: ne Iouem quidem ipsum posse. Atq; eadē virgo est iuxta Hesiodum: nimirum incorrupta: pudoris: modestiae: & vtilitatis amica: vnde & reuerendos cognomināt

Iusticie laus.

Gestamē regis

A poeta quopiam

Iusticia virgo

reges. Conuenit enim: vt hi maxime reuereantur: qui mini me timent. Cæterum principem magis oportet timere: ne quid mali faciat: q̄ ne quid patiatur. Nā hoc ex ipso nascit̄. Atq; hic est principis metus: & humanus: nec ingenerosus: vt his quibus imperat: metuat: ne quid se inscio lædantur. Non aliter atq; canes nocturnam: ac laboriosam agentes o uium in septis custodiam: simulatq; trucem audierint ferā timent nō sibi: sed his quæ custodiunt. Epaminondas aūt Thebanis in ludos quosdam festos: & cōpotationes solut solus adibat arma: mœniaq;: dicens se sobrium esse: ac vigi lare: quo liceret aliis ebrios esse ac dormire. Præterea Cato Vticæ: victore Cæsare: reliquos omnes iussit ad mare vo cari: eos simulatq; imposuisset: ac prosperam esset nauigati onē ꝑcatus: ipse reuersus domū: sibi necē sua manu consci uit: docēs videlicet: quib⁹ debeat timere prīceps: & quæ de beat contēnere. Contra Clearchus Ponti tyrānus arculæ ī clusus: serpentis in morē dormire solitus est. Et Aristode mus Argiuus in cœnaculo domiciliū habebat: ostio pensi li: cui imposita lectica: dormire consueuit vna cum amica. Puellæ mater scalas detrahebat: easq; rursus apponebat or ta luce. Quantopere creditis hunc horruisse theatrum: pa latium: curiā: conuiuiū: qui e cubiculo sibiipsi carcerē fece rit? Itaq; q vere sunt reges: timēt his in quos habēt imperiū Cōtra tyranni eosipsos timēt: proiñ metū augēt aucta po tentia: propterea ꝙ quo pluribus imꝑant: hoc plures metu unt. Nec enim cōsentaneū est: neq; decens: id quod a nōnul lis philosophis dictum est: in hyle: id est materia: quæ cun cta patiatur: q̄q; innūeris negociis recipiat necessitates: cas⁹ commutationes: latere deū admixtū: sed supra nos in sub limi: iuxta naturā quæ his in reb⁹ semp hoc modo se habet in sanctis (vt inquit Plato) fundamentis fixus sedens: recta ꝑficit iuxta naturam obambulans. Queadmodum in cœ lo solē pulcherrimū sui simulachrū: quod se ceu speculo re præsentet: ostendit his qui illū per se possunt intueri: ita in

E poeta quopiam

Epāinondas

Cato vticensis

Clearch⁹

Aristodemus.

ciuitatib9 iusticiæ lucem: huiusq; rationē velut imaginem constituit: quā fœlices ac prudentes effingūt e philosophia ad summā rerū pulchritudinem accommodantes sese. Hūc aūt animi habitū: nihil est quod gignat in nobis: nisi ratio e philosophia proficiscens: vt idē nobis accidat: quod Alexandro: qui cum Corinthi vidisset Diogenem: eiusq; probasset ingeniū: ac viri prudētiam: ac magnitudinē esset admiratus: Ni Alexander essem, inquit, Diogenes essem: aliquantulū, vt ita dicā, onustus sua fœlicitate ac splēdore: potentiaq;: velut impedimentis & ocium negantib9 ad capessendam virtutē: inuidens tamen interim Diogeni pallium ac peram: quibus ille inuictus erat & insuperabilis: nō quēadmodū ipse: armis: equis: & sarissis. Licebat igitur philosophantem simul & affectu fieri Diogenem: & fortuna manere Alexandrum. Et ob hoc magis etiam Diogenem fieri conueniebat: quod Alexander esset: vt qui aduersus magnam fortunam: turbulentam: ac procellosam: multis op9 haberet fulturis: magnoq; gubernatore. Nā ī imbecillibus, humilib9 ac priuatis: eo q; vt sunt stulti ita parum possunt offendere: molestia quædā veluti malis somniis perturbat aīm: q nequeat a cupiditatibus expergisci. At potestas cōiuncta cum malis moribus: molestiam adiungit cupiditatibus. Verum est illud Dionysii: qui dicebat se tum maxime capere fructum ex imperio: cum quæ vellet celeriter efficeret. Itaq; vehementer est periculosum, velle quæ non decet, eum qui quæ velit: facere possit.

Attende alexandri ad diogenem dictū.

Carmen.

At simul ac dictum est verbum: res ipsa peracta est.

Malicia celerem nacta cursum ex potestate: quēuis incitat affectū: parat iram: inuidiā: amorē: adulteriū: auaritiā: proscriptionem. Ac simul vt verbū dictum est: actum est de eo qui suspicione offendit: periitq; delatus. Et quēadmodum docent Physici: fulgur posterius erumpere q̄ tonitru: pri9 tamen apparere: sicuti sanguis prius apparet q̄ vulnus: propterea quod sonitū quidē excipiant aures: lumini vero vi

Mira similitudo.

sus occurrat: sic in imperiis supplicia præuertunt accusati/
ones: & prius emicant condemnationes: q̄ probationes.
Illic enim ira, iam nequit resistere, Versus
Hamata sicut ancora æquori fero, Nisi rationis pōdus Senarij.
frangat ac premat potentiā: vti princeps solem imitetur: q
cū altissimus est: ad polum septētrionalē euectus: tū mini/ Similitu/do.
mum mouetur: cursum tutū reddens tarditate. Neq enim
fieri potest: vt malicia lateat in potestate. Verū eos quidem
qui morbo comitiali sint obnoxii: si in frigus aliquod in/
cidant: eoq corripiant: continuo capitis occupat vertigo:
ac vacillatio morbū arguens. At indoctos & ineruditos si/
mul atq fortuna paulum extulerit: opib9: ac gloria: aut po
tentia: subuectos in altum: protinus ostendit caducos. Imo
potius quēadmodum in vasis inanibus nō queas dignosce ὁμοίωσις.
re: integra sint: an vitiosa: verū vbi infuderis aliquid: tum
apparet qua perstillent. Sic animi putres non ferentes potē
tiam effluunt cupiditatibus: nempe iracundia: fastu: inso/
lētia. Sed quid attinet de his dicere: cum minima etiam no/
bilium & illustrium virorum delicta calumnientur homi/
nes: Cimoni vinum obiiciebatur: Scipioni somnus: Lucul
lus ob cœnas sumptuosiores male audiit

Plutarchi de doctrina Principum
Erasmo Roterodamo interprete.
Finis

CVM PRINCIPIBVS MAXIME PHILO/
sophum debere disputare, Plutarchi, Erasmo
Roterodamo interprete.



IN amorē insinuare sese: & in aliorꝫ amicitiam in/ Hūc libel
seri: & alios in amicitiam recipere: eāq colere, quæ lum in edi
multis sit tū publice, tum priuatim vtilitatē: ac fru tis exem/
ctum allatura: id hominum esse ciuilium hone/ plaribus
state & humanitate præditorum: non gloriæ cu/ corruptissi
pidorum: quemadmodum nonnulli dictitant. mū vt po
Quin contra potius is & gloriæ sitiens, & probri metuens tui verti: quanq̄ et alias non/ nihil vissa.

videtur, qui reformidat ac veretur, ne dicatur studiosus & obseruans eorum, qui potestate præcellunt. Alioqui quid dicit is, qui sanabilis est, & philosophiam desyderat? Vtinam sim Simon ille Coriarius, aut grammatista Dionysius, e Periclis aut Catonis familia, vti mecum confabuletur, mihiq; assideat, quemadmodum Socrates illis. Et Ariston Chius cũ male audiret a sophistis, q; cum omnibus qcunq; vellent, disputaret, dicere debuit. Imo feræ quoq; intelligunt sermones qui prouocent ad virtutem, & nos refugiemus habere consuetudinem cũ viris potentibus & optimatibus, perinde quasi immites sint ac feri? Philosophiæ doctrina nõ est huiusmodi statuarum artifex, vt signa fingat, quæ in basi muta stent, & sensus expertia. Sed agilia studet facere quæcunq; aggreditur, negociosa, viuaq;. Addit impetus, quibus excitentur: addit iudicium, quod inuitet ad vtilia, addit delectum, quo sequamur potiora, addit prudẽtiam, animiq; magnitudinem, cum mãsuetudine cautelaq; coniunctam, per quas res viri ciuiles libentius habent familiaritatem & consuetudinem, cum præcellentibus dignitate viris ac præpotentibus. Etenim si quis medicus sit egregius, libentius illi medebitur oculo, qui pro multis circumspiciat, multosq; custodiat. Ita philosophus eius animi curã libentius aget, quem videt pro multis sollicitum, quẽq; oporteat multis sapere, multis esse philosophũ, multis exhibere iusticiam. Etenim si peritus artifex fuisset in exquirendis & contrahendis aquis, cuiusmodi narrãt Herculem ac veterum complures, nõ gauisus esset fodere in extremis oris iuxta corui rupem subulcicam illam Arethusam. Sed amnis alicuius perennis fontes aperuisset ciuitati & exercitui, regum arbustis ac saltibus. Audiuimus sane Homerum Minoa dei oaristen appellantẽ, hoc est, interpte Platone, familiarẽ ac discipulum. Neq; enim censebat priuatos homines, aut ædium custodes, aut otiosos esse deoꝝ discipulos, sed reges. Quib⁹ si cõtigerit rectũ cõsiliũ, iusticia, probitas,

Marginal notes: nantem a phrasi plutarchica. — Ariston Chius. — E poeta quopiam. — ὀαριστὴς. — Reges deorum discipuli.

fortitudo, continuo futurum est, vt omnes adiuuentur, fru
ctumq́ capiant, qui cũ eis habent cõmerciũ. Ferũt si erun- Mirum
gium herbã vna queuis capra sumpserit in os, primum ip- de capris.
sam sisti, deinde reliquum omnem gregem cum illa consi- ἐρύγγιον.
stere, donec accedens caprarius, herbam eximat. Eiusmodi
quædam vis & acrimonia fluit a potestate, quæ ignis ĩ mo
rem depascat, ac dissipet quæcũq́ propius admota fuerint
Atq philosophiæ ratio, si ni hominem priuatum inciderit
gaudentem ocio, seseq́ veluti centro ac spacio geometrico,
corporis necessitatibus circumscribentem, nihil transfun-
dit in alios, sed parta in vno illo tranquillitate & ocio, mar/
cessit, simulq́ cũ eo deficit. Verum si principẽ, aut magistra
tum, & in negociis versantem attigerit, atq́ hũc expleuerit
honestate, per vnum prodest compluribus, quẽadmodum
fecit Anaxagoras Pericli familiaris, Diogeni Plato, Pytha
goras Italiæ primatibus. Ac Cato ipse relicto exercitu na- Qui prin
uigauit ad Athenodorũ. Scipio Panætium accersiuit, cum cipes quos
a senatu legatus esset, virum qui æqui atq́ iniqui rationem doctos ha
haberet: velut inqt Possidonius. Quid igitur oportuit di- buerint.
cere Panætium? Siqdem esses Cato, aut Pollux, aut alius
quispiam priuatus, cupiens mediam vrbis lucem effugere, Ironia.
per otium in angulo quopiam philosophorum syllogis-
mos resoluens ac nectens, lubens te docẽdum suscepissem
tuaq́ vterer cõsuetudine. Sed posteaq̃ es Pauli Aemilii bis
consulis filius: nepos autem Scipionis Aphricani, eius qui
Hannibalẽ Carthaginẽsem deuicit: haud differam tecum.
Cæterũ quod dicunt nõnulli duplicem esse philosophiæ
rationem, alteram ipso in aĩo sitam. Hegemonis: id est du- ἡγεμόνος.
cis Mercurii munus, alterã in efferendo & enunciando po-
sitam, atq́ organicã: id friuolũ est, cõiungendũq́ cum illo.
quod dici solet. Hoc noueram anteq̃ Theognis natus est,
Quanq̃ ea distinctio nihil obstiterit, propterea q̃ tum eius Prouer-
rationis quæ sita est in aĩo: tum eius quæ posita est in enũ bialis Se
ciando finis est amicitia. Huius qdem erga alterum: illius narius.

vero erga seipsum. Ergo qui per phiam omnia refert ad virtutē: ipsum secū concordē, sibiq; cōsentientē, ac talē vt ipse de se nihil queratur: pacis & gaudii plenum: semp sibi ipsi amicū & ac bene volentē reddit hominem. Non hic seditio nō impiū bellum in membris, nō affectus parum dicto audiens rationi, nō cupiditas cū cupiditate pugnans, nō concursus cogitationis cū cogitatione, nō velut in confinio cupientis ac pœnitentis asperitas: ac turbulentia cū delectatione cōiūcta, sed amica pacataq; oīa, per quæ fit, vt vnusquisq; pluribus fruatur bonis, ac seipso gaudeat. At enunciatiuæ rationis musam Pindarus negat olim questus auidam & operariam fuisse. Ego ne nunc qdem esse puto. Sed inscitia & honesti neglectu, communem illum Mercurium negociatorem ac mercennariū esse redditū. neq; enim consentaneum est Venerē sacrifici sui filiabus indignatā fuisse q̄ primæ tentarit odia serere in adolescentulos. Calliopen autem & Clio gaudere hiis, q sermonem ac doctrinam pecuniæ gratiam tradant. At mihi sane sic videtur: musarum effecta muneraq; magis q̄ Veneris esse cum amicitia beneuolentiaq; coniuncta, magisq; ad hæc paranda conducere. Nam gloria famaq; quam nōnulli doctrinæ finem faciunt velut initiū ac seminariū amicitiæ diligebatur. Quin potius hoīm vulgus: in totū: gloriā beneuolētia metiuntur: arbitrantes nos eos dūtaxat laudare quos amamus. Verū sicut Ixion Iunonē insequens, in nubem incidit, sic isti pro amicitia: falsum amicitiæ simulachꝛ, populare: vagūq; amplectuntur. At is qui sapit: si in administranda republica versetur ac negociis, is tātum gloriæ desyderabit, quātum satis est ad conciliandum illi in rebus gerēdis authoritatē, ex eo quod illi creditur. neq; enim iucundum est, neq; facile, prodesse iis q nolint aliū sibi prodesse. Vt aūt velint, facit opinio fidesq; tibi habita. Sicuti lumen bonum est, non tam his qui videntur: q̄ his qui vident, itidem fama his qui sentiunt potius q̄ his qui non negliguntur. At is qui semo

Prouerb
κοινὸς ὁ ἑρμῆς.

tus a publicis negociis secũ ipse viuit, quiq; finẽ boni collocat in ocio & quiete, vt gloriã in turbis hominũ in theatris per omnem populũ circũuolantem, nõ aliter q̃ Venerem Hippolitus, q castus esset pcul salutat, ita eam quæ a probis, cordatisq; viris proficiscitur, idẽ haud aspernatr. Opes famam, ac potentiam regiam, nec oportet requirere in amicitiis, neq; fugere tamen, si cum modestis moribus hæc fuerint coniuncta. Neq; enim philosophus adolescẽtes reqrit formosos & venustos, sed tractabiles, cõpositos & discẽdi cupidos. Neq; rursum si qbus adest decor & forma, flosq; æui, id deterret phm: neq; pulchritudo alienat, aut abigit a curandis his q digni sunt. Itaq; si principis dignitas ac potẽtia simul cõtigerit hoĩ modesto & humano, nõ abstinebit ab huius amore, beneuolẽtiaq; philosophus, neq; metuet hoĩm rumores, ne dicatur aulicus & principũ cultor.

Quicunq; Venerem fugit, insanit nimis, Senarỹ.
Non aliter atq; hii qui student bona tollere.

Similiter & isti qui erga tam splendidam amicitiam optimatum eodem modo sunt affecti. Ergo philosophus a negociis alienus, non refugiet, nec abhorrebit ab huiusmodi. At ciuilis eos etiam audire cupiet, non obstrepens ac molestus, nec aures infarciẽs importunis ac sophisticis disputationibus. Verum cum his qui cupiũt, gaudebit & disputare, & otiari: & libenter habere familiaritatem.

Bis sex dierum iter sero arua, fertilem Senarỹ e tragedia quapiam.
Berecynthium agrum.

Hic si non solum agricolationis studiosus fuisset, verũetiã hominũ: nũ libentius sereret agrũ q tantam hominũ multitudinem alere posset: q̃ illum Antisthenis agellum, quem aiebat sibi vix sufficere? Respondens te malle. At si te rogem: num vniuersum orbem curandũ suscipere velis, Recuso inquis. Sane Epicurus summum bonum in otio altissimo constituens, velut in portu tranquillo, q nullis agitetr vndis, nullo strepat fragore: dicit non nodo pulchrius esse Epicurus

Sentētia Nomina Gratiarū ab alacritate. gaudio. a florulentia

beneficio afficere: q̄ affici: verūetiam iucundius. Nam nulla res perinde parit gaudium, vt beneficentia. Sapiebat autem qui gratiis indidit nomina, Aglaiæ, Euphrosine, ac Thaliæ: Siquidem hilarem esse & gaudere in conferendo beneficium id & maius est, & purius. Quapropter multi sæpe pudore suffunduntur: cum beneficiū accipiunt, semper autem gaudent: cum beneficiū præstant. Porro de multis bene merentur: qui eos reddunt bonos: quorum opera plures indigent. Ac rursum qui semper corrumpunt principes, reges: ac tyrannos, nempe delatores: ab omnibus exiguntur: puniunturq́, vt qui non in vnum calicem lætale venenū mittant, sed in fonten publicitus scatentem, & quo vident omnes vti. Quemadmodum igitur narrāt Calliæ adulatores in comœdiis taxatos fuisse, q̃ eos nec ignis, nec ferrum, nec æs arcere potuerit: quo minus ad cœnam ventitarēt, teste Eupolide: porro Phalaridis ac Dionysii familiares & amicos magno tumultu expulerunt, torserunt, inusserunt, & execrabiles ac deuotos reddiderunt: q̃ illi vnū modo læderent, hi multos per vnum imperium gerentem sic hi qui cum priuatis hominibus habent consuetudinem efficiunt: vt ipsi sibi molestia vacent, sintq́ innocui & placidi. Sed qui principis malos mores, aut sententiam mutat vbi res postulat eum emendans, is quodammodo publicitus philosophatur: ac remp. corrigit: vt vniuersi gubernētur sacerdotibus reuerentiam & honorem impendunt, q̃ a diis postulent bona non solum sibiipsis. amicis, ac familiaribus, verumetiam in commune omnibus ciuibus: cum tn̄ sacerdotes nō id efficiant, vt dii sint bonorum datores, sed tales cum sint: inuocant. At philosophi qui cum principibus viuunt: eos reddūt meliores, ac moderatiores, & ad benefaciendum propensiores. Vnde par est, eos etiam magis gaudere. At ego quidem sic existimo eum qui lyræ fabricandæ sit artifex: libentius facturum lyram ac promptius, simul atq́ cognouerit futurum: vt eius lyræ possessor The

Similitudo

banorum vrbem mœnibus cingat (quemadmodum fecit Amphion) q̄ cuius possessor sit Lacedæmoniorum seditionem compositurus, incinens ac deliniens eos: ita vt fecit Thales. Itidem faber libētius faciet clauum, si percontatus intellexerit futurum: vt is Themistoclis imperatoriam nauem gubernet pro Græcia propugnantem: q̄ si Pompei nauem esset gubernaturus cum Piratis, nauali bello pugnantis. Quid igitur putas de doctrina cogitare philosophum? Nempe illud. Quisquis hunc instituendum accœperit vir ciuilis: & aptus principibus: is toti reip. profuerit, exhibēs iusticiam, condens leges: puniens nocentes, euehens moderatos ac bonos. Mihi vero videtur, & nauium opifex elegans libentius clauum fabricaturus fuisse, qui audisset futurum, vt is Argo gubernaret, pro qua omnes essent solliciti, & faber lignarius non tam libenter compositurus aratrum, aut plaustrum, q̄ tabulas illas, in quibus Solon leges scripturus esset. Et sane philosophorum rationes, si principum & rempublicam administrantium animis inscribā tur, infiganturq; sic, vt inhærescant, legum vim nanciscuntur. Siquidem & Plato nauigauit in Siciliam: futurum sperans vt philosophiæ decreta: & leges & facta gignerent in Dionysii negociis. Verum reperit Dionysium ceu librum lituris egentem, ac maculis mendisq; plenum nec remittentem tyrannidis tincturam, qua longo iam tempore fuerat imbutus, vt non facile posset elui. Faciles autem adhuc & mutabiles sint, oportet, qui honestas accipiant rationes

TELOS.

PLVTARCHI DE PHILOSO. DISPVTATIO. Erasmo Roterodamo interprete. Finis

Louanii apud Theodoricum Martinum Alustensem Mense Augusti. M. D. XVI.

Epigramma Gerardi Neomagi.

In laudem D. ERASMI Roterodami Theologi eloquentissimi.

Attica se claram iactat Demosthene tellus.
Facundus colitur Tullius Ausoniis
Agricolam Phrysius celebrat, Germanus Erasmum
Mellifluum laudet, cantet, ad astra ferat.
Cuius ab ore fluit melliti gurgitis vnda
Oblectat mentes quæ Cicerone magis
Nam docet ingenuos animos sermone polito.
Et recte sapere, & verba diserta loqui.

INSTITVTIO PRIN

CIPIS CHRISTIANI

...rodamo auctore